

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 51.
Pagine 1972-2033.

Expositiones Evangeliorum.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXI.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through.pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2011.

Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.

[*Expositiones Evangeliorum dominicalium.*]

¶ *Incipiunt expositiones Evangeliorum dominicalium seriatim per totam estatem quando de dominica fiunt lectiones et expositiones Evangeliorum scilicet a Deus ómnium. usque ad adventum Domini, hoc modo cum oratione et antiphonis eisdem dominicis pertinentibus.*

¶ *Dominica j. post festum Sancte Trinitatis.*

Evangelium. Secundum Lucam xvj.¹ (19.)

Lectio septima.

IN illo tēpore, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat dives² et induebátur púrpura et bisso : et epulabátur quotidie splendide. Et erat quidam méndicus nómine Lázarus, qui jacébat ad jánuam ejus ulcéribus plenus. Et réliqua.

Omelia beati Gregorii pape.³

(Omelia 40. A.)

Nonnulli putant precépta Véteris testaménti esse districtióra

quam Novi. Sed hi nimirum impróvida consideratióne fallúntur. In illo enim non tenácia, sed rapína mulctátur. Ibi res injúste subláta restitutióne quadrúplici punítur : hic autem dives iste non abstulísse aliéna reprehénditur, sed própria non dedísse. Nec dicitur quia vi quémpiam opprésit : sed quia in accéptis rebus se éxtulit. Tu autem [Dómine miserere nostri].

Lectio viij.

Inc ergo summópere colligéndum est, qua pena mulctándus sit qui aliéna diripit : si inférni damnatióne percútitur qui própria non largítur. Nemo itaque secúrum se existimet dicens, Ecce aliéna non rápio : sed concéssis lícite rebus utor. Quia dives iste non idcírco punítus est quia aliéna ábstulit, sed quia accéptis

rebus semetípsum male derelíquit. Hocque⁴ fuit quod hunc inférno trádedit : quia in sua felicitáte tímídus non fuit, quia percépta dona ad usum [206v.] arrogántie infléxit : quia víscera pietátis ignorávit, quia peccáta sua redímere étiam cum sibi abundáret précium nóluit.


Lectio ix.

Sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarumque vestium non putant esse peccatum. Quod si videlicet peccatum non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret quod dives qui torquetur apud inferos : bisso atque purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta precipua nisi ad inanem gloriam querit : videlicet ut honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro

sola inani gloria vestimentum preciosius queritur : res ipsa testatur, quod nemo vult ibi preciosis vestibus indui, ubi ab aliis non possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diverso colligere, quia si abjectio vilis vestimenti virtus non esset : Evangelista vigilanter de Johanne non diceret, Erat indutus pilis camelorum. Tu autem Domine.


AS:332; 1520:50v; 1531:206v.⁵

Ant.
VIII.i




DA-ter Abra-ham * mi-se-ré-re me-i : et mitte

4231.



Lá-za-rum ut intíngat extrémum dí-gi-ti su- i in a-quam :



ut refrí-ge-ret linguam me-am. Ps. Benedíctus. 68*.

Oratio.⁶

Deus in te sperantium fortitudo, adesto propicius invocationibus nostris : et quia sine te nichil potest mortalis infirmitas, presta auxilium

gratie tue : ut in exequendis mandatis tuis : et voluntate tibi et actione placeamus. Per Dominum nostrum Jesum.

Ad vesperas.


AS:332; 1520:50v; 1531:206v.

2873.

Ant.
VIII.i.



I- li * re-cordá-re qui- a re-ce-pís-ti bo-na in vi-



ta tu- a : et Lá-za-rus simí-li-ter ma-la. *Ps.* Magníficat. 69*.

☩ *Dominica ij. post festum Sancte Trinitatis.*

Evangelium. Secundum Lucam xiiij. (16.) Lectio vij.

IN illo tēpore, Dixit Jesus discipulis suis parábolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnam : et vocávit multos. Et réliqua.

Omelia beati Gregorii pape. (xxxvj.)⁷

Quis iste homo est, nisi ille de quo per Prophétam dicitur, Et homo est et quis cognóvit eum ? Qui fecit cenam magnam : quia satietátem nobis intérne dulcédinis preparávit. Qui vocat multos sed pauci véniunt,

quia nonnúnquam ipsi qui ei per fidem subjécti sunt, etérno ejus convívio male vivéndo contradícunt. Misit autem servum suum hora cene dícere invitátis : ut venírent. Quid hora cene, nisi finis est mundi ? In quo nimírum nos sumus : sicut jamdúdum Paulus testátur dicens, Nos sumus in quos fines seculórum devenérunt.

Lectio octava.

SI ergo jam hora cene est cum vocámur, tanto minus excusári debémus a convívio Dei : quanto propinquásse cérnimus finem séculi. Quo enim pensámus quia nichil est quod restat, eo debémus pertiméscere : ne tempus grátie quod presto est péreat. Idcírco autem hoc convívium,

Dei non prándium sed cena vocátur, quia post prándium cena restat : post cenam vero nullum convívium restat. Et quia etérnum Dei convívium nobis in extrémó preparábitur : rectum fuit ut hoc non prándium sed cena vocarétur.

Lectio ix.

Sed quid per hunc servum qui a patrefamílias ad invitándum míttitur, nisi predicatórum ordo signáatur ? De quo videlicet órdine, quamvis adhuc indígni exístimus, quamvis peccatórum pondéribus gravámur : et nos tamen in istis diébus sumus. Et cum de edificatióne vestra áliquid vobis loquor : hoc est quod

ago. Servus enim sum summi patrisfamílias. Cum vos admóneo ad contéptum séculi : invitáre vos vénio ad convívium Dei. Nemo me propter me hoc in loco despíciat. Et si ad invitándum nequáquam dignus appáreo : sed tamen magne sunt delície quas promítto. Tu.

AS:332; 1520:51r; 1531:206v.⁸

Ant.

III.v.



4536.


Omo qui-dam * fe-cit ce- nam magnam et vo-cá- vit



multos : et mi- sit servum su- um ho- ra ce- ne dí- ce- re



invi- tá- tis ut ve- ní- rent : qui- a ómni- a pa- rá- ta sunt



al- le- lú- ya. Ps. Benedíctus. 56*.

Oratio.

Sancti nóminis tui Dómine timórem páriter et amórem, fac nos habére perpétuum : quia nun-

quam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditate tue dilectiόνis instítuis. Per Dóminum nostrum.

Ad vesperas.

AS:333; 1520:51r; 1531:206v.

2785. Ant.
I.iv.



- xi ci-to * in pla-té-as et vi-cos ci-vi-tá-tis : et
páu-pe-res ac dé-bi-les ce-cos et claudos compél-le intrá-re
ut imple-á-tur domus me-a al-le-lú-ya. *Ps. Magnificat. 53**.

¶ *Dominica tertia [post festum Sancte Trinitatis].*⁹

Lectio septima. Secundum Lucam xv.

IN illo témpore, Erant appropinquantes ad Jesum publicáni et peccatóres : ut audírent eum. Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape. (34.)*¹⁰

[207r.]

Audístis in leccióné evangélica fratres mei, quia peccatóres et publicáni accessérunt ad Redemptórem nostrum : et non solum ad loquéndum, sed étiam ad convescéndum recépti sunt. Quod vidéntes Phariséi : dedignáti sunt. Ex qua re collígite, quia vera justícia compas-

siónem habet, falsa justícia dedignationem : quamvis et justíi sóleant recte peccatóribus indignári. Sed áliud est quod ágitur typo supérbie : áliud quod zelo disciplínes. Dedignántur étenim : sed non dedignántes. Despíciunt : sed non despiciéntes. Persecutióem commóvent : sed amántes. Quia et si foris increpationes per disciplínam exággerent, tamen intus dulcédinem per charitátem servant. Tu autem.

Lectio viij.

AT contra hi qui de falsa justitia superbire solent, ceteros quosque despiciunt : nulla infirmantibus misericordia condescendunt. Et quo se peccatores esse non credunt : eo quoque deteriori peccatores fiunt. De quorum profecto numero Pharisaei extiterant, qui dijudicantes Dominum quod peccatores susciperet : a renti corde ipsum fontem misericordie reprehendebant. Sed quia egri erant,

ita ut se egros esse nescirent, quatenus quod erant cognoscerent : celestis eos medicus blandis fomentis curat. Benignum paradigma objicit : et in eorum cordibus vulneris tumorem premit. Ait namque, Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanovem in deserto et vadit ad illam que perierat donec inveniat illam ?

Lectio ix.

Ecce mira dispensatione pietatis, similitudinem veritas dedit, quam et in semetipso homo recognosceret : et tamen hec specialiter¹¹ ad ipsum auctorem hominum pertineret. Quia etenim centenarius perfectus est numerus : ipse centum oves habuit, cum angelorum substantiam et hominum creavit. Sed

una ovis tunc periit : quando peccando homo pascuam vite dereliquit. Dimisit autem nonagintanovem oves in deserto : quia illos summos angelorum choros reliquit in celo. Cur autem celum desertum vocatur : nisi quod desertum dicitur derelictum ? Tunc autem celum homo deseruit cum peccavit. Tu.

AS:333; 1520:51r; 1531:207r.¹²

Ant.
III.i.




Uis ex vo-bis * homo qui ha-bet centum o-ves et si



perdi-de-ret u-nam ex il-lis : nonne dimit-tit no-na-ginta-

4549.

Expositiones evangeliorum.



nó-vem in de-sérto et va-dit ad il-lam que pe-rí-e-rat



donec invé-ni-at il-lam al-le-lú-ya. *Ps.* Benedictus. 56*.

Oratio.

Deprecationem nostram quésu-
mus Dómine benígnus exáudi :
et quibus supplicándi prestas afféc-

tum, tríbue defensionis auxili-um. Per
Dóminum.

Ad vespéras.


AS:333; 1520:51v; 1531:207r.¹³

4426.


Ant.
VI.




Ue mú-li-er * ha-bens dragmas de-cem et si per-



dí- de-rit dragmam u-nam : nonne accéndit lu-cér- nam et e-



vértit do-mum et que-rit di-li-gén-ter donec invé-ni-at.



Ps. Magníficat. 64*.

¶ *Dominica quarta [post festum Sancte Trinitatis].*¹⁴

[*Evangelium*]¹⁵ *Secundum Lucam vj. (36.) Lectio vij.*

IN illo tēpore, Dixit Jesus discipulis suis, Estóte misericórdes : sicut et pater vester miséricors est. Et réliqua.

*Sermo ex commentario
venerabilis Bede presbyteri.
(Super Lucam 23. in fine,
et cap. 24. libri 2.)*¹⁶

Miséricors est Dóminus super ingrátos et malos, vel múltiplici scílicet sua misericórdia, qua étiam juménta salvat temporália bona largiéndo : vel ad celéstia dona

singulári grátia qua eléctos solum gloríficat inspirádo. Sed sive hoc sive illud sive utrúmque intélligas, magna Dei bonitáte fit que nobis imitánda propónitur, si filii Dei esse vólumus. Nolíte judicáre : et non judicabímmini. Duo autem sunt, in quibus temerárium iudícium cávere debémus. Cum incértum est quo ánimo quicquid factum sit, vel cum incértum est qualis futúrus sit, qui nunc vel bonus vel malus appáret. Tu autem.

Lectio viij.

Nolíte condemnáre et non condemnabímmini. Hoc loco nobis nichil áliud précipi exístimo, nisi ut ea facta que dúbium est quo ánimo fiant, in meliórem partem interpretémur. Quod enim scriptum est, Ex frúctibus eórum cognoscétis eos : de manifestis dictum est, que non possunt bono ánimo fieri, sicúti sunt stupra, et blasphemie, vel furta et ebrietates, et

si qua sunt tália, de quibus nobis judicáre permíttitur. Dimíttite : et dimittémmini. Date : et dábitur vobis. Dimíttite nos injúrias, dare beneficia jubet : ut et nobis peccáta dimittántur, et vita detur etérna. Qua senténtia brevi sed exímia : cuncta que latíssime de conversádo cum inimícis mandáverat : comprehéndendo conclúdit. Tu autem.

Lectio ix.

[207v.] **M**ensúram bonam et confértam, et coagitátam et supereffluéntem dabunt in sinum vestrum. Huic símile est quod álibi dicit : Ut et ipsi recípiant vos in etérna taber-


nacula. Non enim páuperes ipsi : sed Christus mercédem his qui elemósynam fécere redditúrus est. Quam tamen in sinum dare dicúntur : quia promeréndo illis ocasiónem

dédere, cum vel egéntes misére vel impróbe seviéntes,¹⁷ fortiórum sunt et toleráti paciéntia et beneficio susten-táti, et ad ipsam aliquótiens fidem dulci grátia provocáti. Eádem quippe

mensúra qua mensi fuéritis remetiétur vobis. Potest hoc non solum de elemósina : sed et de ómnibus que mente, manu, lingua gérimus, áccipi. Tu.

AS:333; 1520:51v; 1531:207v.¹⁸

2682. Ant.
I.v.



S-tó-te ergo * mi-se-ri-córdes : qui- a et Pa-ter
vester mi- sé-ri-cors est di-cit Dómi-nus. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio.


Protéctor in te sperántium Deus, sine quo nichil est válidum nichil sanctum, múltiplica super nos misericórdiam tuam : ut te rectóre, te

duce, sic transeámus per bona tem-porália, ut non amittámus etérna. Per Dóminum nostrum.


Ad vespéras.

AS:333; 1520:51v; 1531:207v.¹⁹

3894. Ant.
VII.i.



O-lí-te * ju-di-cá-re ut non ju-di-cémi-ni : in quo
e-nim ju-dí-ci- o ju-di-ca-vé-ri-tis ju-di-ca-bími-ni



di-cit Dómi-nus. *Ps. Magnificat. 69**.

¶ *Dominica v. [post festum Sancte Trinitatis].*²⁰

[*Evangelium*]²¹ *Secundum Lucam, v. Lectio septima.*

IN illo tēpore, Cum turbe ir-
rúerent ad Jesum ut audírent
verbum Dei : et ipse stabat secus
stagnum Genézareth.²² Et réliqua.

*Sermo ex commentario
venerabilis Bede presbyteri.*²³

STagnum sive mare : presens
séculum désignat. Dóminus
vero secus mare stat : postquam vite
labéntis mortalitátem devíncens in ea
qua passus est carne, stabilitátem
perpétue quiétis ádiit. Turbárum
convéntus ad eum, géntium in fide

concurréntium typus est. Et vidit
duas naves stantes secus stagnum.
Due naves secus stagnum pósito,
circuncisiónem et prepútium figúrant.
Quas bene Dóminus vidísse per-
hibétur, quia in utróque pópulo novit
Dóminus qui sunt ejus, eorúmque cor
a flúctibus séculi hujus ad futúre vite
tranquillitátem quasi ad soliditátem
litoris : vidéndo hoc est visitádo
próvehit. Tu autem Dómine
miserére.

Lectio viij.

Piscatóres autem descénderant :
et lavábant rhétia. Piscatóres
sunt ecclésie doctóres, qui nos rhete
fidei comprehénsos et de profúndo ad
lumen elátos,²⁴ quasi pisces lítori, sic
terra vivéntium ádvehunt. Quasi
enim quedam rhétia piscántium sunt
compléxe predicántium dictionés que
eos quos céperint in fide non



amíttant. Unde et rhétia quasi
retinéntia sunt vocáta. Sed hec rhétia
modo laxántur in captúram, modo
lota plicántur : quia non omne
tempus est hábile doctríne, sed nunc
exercénda²⁵ lingua doctóris, nunc
súimet cura gerénda. Tu autem
Dómine.

Lectio nona.


Ascéndens autem in unam navem que erat Symónis, rogávit eum a terra redúcere pusillum : et sedens docébat de navícula turbas. Navis Symónis, est ecclésia primitíva. De qua docébat turbas : quia de auctoritate ecclésie usque hódie gentes ad celórum regnum ínvitat. Ut cessávit autem loqui : dixit ad Symónem, Duc in altum, et laxáte rhétia vestra in captúram. Quod primo rogávit Symónem navem a terra redúcere

pusillum : significat vel temperate uténdum verbo ad turbas, ut nec terréna eis precipiántur, nec sic a terrénis in profúnda sacramentórum recedátur, ut ea pénitus non intéligant, vel prius in próximis regiónibus géntium predicándum. Ut quod dicit item Petro, Duc in altum et laxáte rhétia vestra in captúram : ad remotióres gentes quibus póstea predicándum est pertíneat. Tu autem Dómine.

AS:334; 1520:51v; 1531:207v.²⁶

1488. Ant. I.v.  

S-céndens Je-sus * in na-vim, et se-dens do-cé-



bat turbas al-le-lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio.

DA nobis quésumus Dómine, ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órđine dirigátur : et ecclésia tua

tranquílla devotióne letétur. Per Dóminum nostrum.

Ad vesperas.

AS:334; 1520:52r; 1531:207v.

Ant.
Ii.




Re-céptor * per to-tam noctem la-bo-rántes nichil

4356.



cé-pi-mus : in verbo autem tu-o lax-á-bo rhe-te.



Ps. Magnificat. 53.*

¶ *Dominica vij. [post festum Sancte Trinitatis].²⁷*

[*Evangelium*]²⁸ *Secundum Mattheum, v. (20.) Lectio vij.*²⁹

[208r.] **I**N illo témpore, Dixit Jesus discipulis suis, Amen dico vobis quia nisi abundáverit justítia vestra plusquam scribárum et phariseórum : non intrábitis in regnum celórum. Et réliqua.

Omelia excerpta de diversis tractatibus.

Iustícia phariseórum est, ut non occídant. Justícia eórum qui intratúri sunt regnum Dei est, ut non irascántur. Mínimum est ergo non occídere : et qui illud sólverit, mínimus vocábitur in regno celórum.

Qui autem illud impléverit ut non occídat : non contínuo magnus erit et aptus regno celórum, sed tamen ascéndit áliquem gradum. Perficiétur autem : si nec iráscitur. Quod si perfécerit : multo remótiór erit ab homicídio. Quaprópter qui docet ut non irascámur, non solvit legem ut non occidámus : sed implet pótius, ut et foris dum non occídimus, et intus dum non iráscimur, innocéntiam custodiámus.³⁰ Tu autem.

Lectio viij.

Audistis quia dictum est antiquis, Non occides. Qui autem occiderit : reus erit iudicio. In lege enim iudicabatur, ut qui alium occidebat : et ipse occideretur. Ego autem dico vobis, id est ego novus homo vobis novis nova loquor. Quia omnis qui irascitur fratri suo : reus erit iudicio. Videndum est quantum intersit inter iusticiam phariseorum et Christianorum : que introducit in regnum celorum. Ibi enim occisio

reum facit iudicio : hic autem ira reum facit nichilominus³¹ iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha : reus erit concilio. Racha enim Grece Hebraice³² dicitur cenos, id est inanis et vacuus : quem possumus vulgata injuria absque cerebro nuncupare. Si de ocioso sermone reddituri sumus rationem : quanto magis de contumelia ? Tu autem Domine miserere [nostri].


Lectio ix.

Signanter additur : qui dixerit fratri suo racha. Frater enim noster nullus est : nisi qui eundem nobiscum habet patrem. Cum ergo similiter credat in Deum, et Christum Dei noverit sapientiam, qua ratione stultitie elogio denotari potest ? Quid interest autem inter reum iudicio et reum concilio, et reum gehenne ignis ? Nam hoc postremum gravissimum sonat, et admonet gradus quosdam factos a levioribus ad graviora : donec

ad gehennam ignis veniret. Et ideo si levius est reum esse iudicio quam reum esse concilio : item si levius est reum esse concilio quam reum esse gehenne ignis : oportet ut levius esse intelligatur irasci fratri quam dicere racha, et rursus levius esse dicere racha quam dicere fatue. Non enim reatus ipse haberat gradus : nisi gradatim etiam peccata commemorarentur. Tu autem Domine miserere nostri.

AS:334; 1520:52r; 1531:208r.³³

1519. Ant.
VIII.i.




Udis-tis * qui- a dic-tum est anti-quis, Non occi-des :

Expositiones evangeliorum.



qui autem oc-cí-de-rit re-us e-rit ju-dí-ci-o. *Ps.* Benedíctus. 68*.

Oratio.

Deus qui diligéntibus te³⁴ bona
invisibília preparásti, infúnde
córdibus nostris tui amóris afféctum :
ut te in ómnibus et super ómnia

diligéntes, promissíones tuas que
omne desidérium súperant conse-
quámur. Per Dóminum.

Ad vesp̄as.


AS:334; 1520:52r; 1531:208r.³⁵

Ant.
I.v.




4903.

I offers * mu-nus tu-um ante al-tá- re et re-




cordá-tus fú-e- ris qui- a fra-ter tu- us ha-bet á-liquid advér-



sum te : re-línque i-bi mu-nus tu- um ante al-tá- re et



va-de pri- us re-conci-li- á- ri fra-tri tu- o, et tunc vé-ni- ens



óffe-res mu-nus tu- um al-le- lú-ya. *Ps. Magnificat. 53**.

¶ *Dominica vij. [post festum Sancte Trinitatis].*

Evangelium. Secundum Marcum, viij. Lectio vij.

IN illo témpore, Cum turba multa ³⁶ esset cum Jesu nec habérent quod manducárent : convocáti discíplis ait illis, Miséreor super turbam : quia ecce jam tríduo sústinent me, nec habent quod maudúcent. Et réliqua.

*Sermo ex commentario
venerabilis Bede presbyteri.*

*(Super Marcum Libro 2.
videlicet super cap. 8. A.)³⁷*

IN hac lectiône consideránda³⁸ est in uno eodémque Redemptóre nostro, distíncta operátió divinitátis et humanitátis : atque error Euticétis, qui unam tantum in Christo ope-

rationem dogmatizáre presúmit procul a Christiánis finibus expelléndus. Quis enim non vídeat hoc quod Dóminus miserétur super turbam (ne vel inédia³⁹ vel vie longióris labóre deficiat) afféctum esse, et compassiõem humane fragilitátis : quod vero de septem pánibus et piscículis paucis quátuor mília hóminum satiávit divíne opus esse virtútis ? Místice autem hoc miraculo designátur quod viam preséntis séculi, áliter incólumes transíre nequimus : nisi nos grátia Redemptóris nostri, aliménto sui verbi reficiat.

Lectio viij.

[208v.] **H**oc vero týpice inter hanc refectiõem et illam quinque panum ac duórum píscium distat, quod ibi lítera Véteris testaméti spirituáli grátia plena esse designáta⁴⁰ est : hic autem Novi véritas ac grátia testaméti fidélibus ministránda monstráta. Sane utráque refectió in monte celebráta est, ut aliórum

evangelistárum narrátió declárat : quia utriúsque scriptúra Testaméti recte intellécta : altitúdinem nobis celéstium preceptórum mandat et premiórum, utráque altitúdinem Christi, qui est mons domus Dómini in vértice móntium, cónsona voce prédicat.⁴¹ Qui enim edificátam super se civitátem sive domum Dómini, id

est ecclésiám in alta bonórum extóllit
óperum, et cunctis manifestam gēn-
tibus éxhibet : ipse hanc ab ínfimis
delectatióibus abstráctam, pane celi

réficit : atque ad appetítum supérne
suavitátis dato pignóre cibi spirituális
accéndit. Tu autem.


Lectio nona.

Miséreor (inquit) super turbam,
quia ecce jam trídúo sústinet
me : nec habent quod mandúcent. Et
si dimísero eos jejúnos in domum
suam : deficient in via. Quare trídúo
turba Dóminum sustinúerit : Ma-
théus expónit plénius qui ait, Et
ascéndens in montem : sedébat ibi.
Et accessérunt ad eum turbe multe
habéntes secum mutos claudos cecos


débiles et álios multos, et projecérunt
eos ante pedes ejus : et curávit eos.
Turba ergo Dóminum sanatióne
infirmórum suórum trídúo sústinet :
cum elécti quique fide sancte
Trinitátis lúcidí, Dómino pro suis
suorúmque peccátis ánime vidélicet
languóribus perseveránti instántia
súpplicant. Tu autem Dómine.

AS:334; 1520:52v; 1531:208v.


Ant.
VII.iii.




I-sé- re-or * su-per turbam : qui- a ecce jam



trí-du-o sústi-net me nec ha-bent quid mandú-cent, et si



dimí-se-ro e-os je-júnos de-fí-ci-ent in vi- a al-le-lú-ya.



Ps. Benedíctus. 65.*

3770.

Oratio.


Deus virtutum cuius est totum quod est optimum, insere pectoribus nostris amorem tui nominis, et presta in nobis religionis

augmentum : ut que sunt bona nutrias, ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per Dominum.

Ad vesperas.

AS:335; 1520:52v; 1531:208v.

1232. Ant. Li.



GT acci-pi-ens * Je-sus septem pa-nes : gra-ti-
as a-gens fre-git et de-dit disci-pu-lis su-is ut ap-
poné-rent : et appo-su-é-runt turbe al-le-lú-ya.

Ps. Magnificat. 53.*

¶ *Dominica viij. [post festum Sancte Trinitatis].*⁴²

[*Evangelium*]⁴³ *Secundum Mattheum, vij. (15.) Lectio vij.*

IN illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis, Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium : intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et reliqua.

Omelia Origenis.

Quod paulo superius fratres charissimi, Dominus noster Jesus Christus spaciosam et latam viam nominavit : hoc nunc apertius

falsos prophétas osténdit, per quos multi in perditionem abominabilem abiérunt. Qui primo in Judéa multi apparuerunt : et modo perfidia totum repleverunt mundum. Sed illi qui prius falsi prophéte fuerunt, verissimos Dómini prophétas usque ad mortem persecúti sunt sicut Hieremíam, et Mícheam, aliósque multos.

Isti autem nunc falsi prophéte et falsi Christiáni qui sunt : veráces Christiános sine misericórdia persecuúntur et opprímunt, aliquándo si detur cópia etiam gládiis sine intermissione, aut suis pravis móribus et exémplic. Idcirco omnes prevéniens Dóminus adhortátur dicens, Atténdite a falsis prophétis.

Lectio viij.

Atténdite diligéntius, observáte cáutius : ut non seducámini, ut non circumveniámini, ut non fallámini.⁴⁴ Atténdite ergo, hoc est consideráte : quia non sunt oves sed lupi in vestiméntis óvium. Quia non sunt religiósi : sed irreligiósi in vestiménto óvium in figúra religiositátis. Quia non sunt Christiáni sed veritate

vácui : Christianórum persecutóres. Atténdite a falsis prophétis qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium : intrínsecus autem sunt lupi rapáces. Ipsos et beátus Apóstolus ad Ephésios loquens : designábat dicens, Scio enim quod post decéssum meum : introíbunt in vobis lupi graves : lupi rapáces. Tu autem Dómine.

Lectio ix.

[209r.] **L**upi vero graves nominántur omnes infidéles herétici : qui graviter sanctam ecclésiám opprímunt et persecuúntur, vel molestáre fréquentant, qui sine misericórdia rápere et coacerváre non désinunt. Aliquándo enim pecúnie irruunt aliéne, aliquándo in ipsos pecuniárum dómínos. Multómagis satágunt ánimas rápere : et secum miserábiliter dedúcere. Et vestítum óvium habére

dicúntur, eo quod nomen hábeant Christianitátis : vel quia assímilant se ministris justície, figúram religiositátis mentiéntes. Per Christiánum itaque nomen multos sedúcere nitúntur : dúlcibus sermónibus multis scándalum inferéntes. Isti sunt de quibus ait Apóstolus, Per suos dulces sermónes et blandos : sedúcunt corda innocéntium. Sed ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Tu autem.

AS:335; 1520:52v; 1531:209r.⁴⁵

1511. Ant.
I.i.



T-téndi-te * a fal-sis prophé-tis qui vé-ni- unt ad



vos in vestimén-tis ó-vi- um : intrínse-cus autem sunt



lu-pi ra-pá-ces, a frúcti-bus e-ó-rum cognoscé-tis e-os.



Ps. Benedíctus. 52.*

Oratio.

Deus cujus providéntia in sui
dispositióne non fállitur, te
súpplices exorámus : ut nóxia cuncta

submóveas, et omnia nobis profutúra
concédas. Per Dóminum.

Ad vespéras.

AS:335; 1520:53r; 1531:209r.

3926. Ant.
VIII.i.




On omnis * qui di-cit michi Dó-mi-ne Dómi-ne



intrá-bit in reg-num ce-ló-rum : sed qui fa-cit vo-luntá-tem



Pat-ris me-i qui in ce-lis est : ipse intrá-bit in regnum



ce-ló-rum al-le-lú-ya. *Ps. Magnificat. 69**.

¶ *Dominica nona.*

[*Evangelium*]⁴⁶ *Secundum Lucam, xvj. Lectio septima.*

IN illo tēpore, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat dives qui habébat villicum : et hic diffamátus est apud illum, quasi dissipéset bona ipsius. Et réliqua.

Omelia venerabilis Bede presbyteri.

(*Super Lucam Lib. 5. cap. 63.*)⁴⁷

AD cleméntiam nos Dóminus et Salvátor noster hortátur, sub exémplo villici et debitóris dómini sui : ut si dimíttimus debitóribus nostris,

dimittántur et nobis débita nostra. Dives autem iste qui habébat villicum, Dóminus ipse est Jesus Christus, cujus villici id est dispensatóres sunt omnes fidéles in sancta ecclésia. Exúles enim et peregríni sumus in hoc mundo, et hic non habémus hereditátem : sed que in presénti vidémur habére, ad dispensándum nobis commissa sunt, non ad possidéndum. Noster autem municipátus (ut ait Paulus) in celis est.

⁴⁸*Lectio viij.*

IN villico ígitur isto quem Dóminus suos ejiciébat de villi-catióne, et laudávit quia futúram sibi vitam prospéxerit : non ómnia debémus ad imitándum súmer. Non enim aut Dómino nostro faciéndam est in áliquo fraus, ut de ipsa fraude elemósynas nos posse fácere sperémus : aut eos qui nos recípiant in etérna

tabernácula, id est sanctos ángelos, tanquam debitóres esse Dómini Dei nostri fas est intélligi,⁴⁹ cum fidéles quique (sicut díximus) in sancta ecclésia significéntur in villico. Si ergo laudátur a dómimo villicus qui fraudem faciébat : quanto ámplius placent Dómino Deo, qui secúndum ejus precéptum bona sua fidéliter

dispensant ?


Lectio ix.

Qui ergo juxta hujus servi
exemplum sedulo rejiciende
villicationis, id est ultimum temporis
sui diem, et rationis reddende tempus
previderit : facile terrenorum omnium
delectatione simul et dilectione nu-
datus, plus sibi de amicis conquirendis
in futuro, quam de divitiis in presenti
colligendis prospicere necessarium
ducit. Quia ablata villicatione fodere
non valemus : quia finita hac vita in

qua laborare pro eterna debemus,
nequaquam postea bone conver-
sationis fructum licetbit inquirere.
Sed illo tunc tempore mendicare
confusio est : illo scilicet pessimo
genere mendicandi, quo virgines ille
fatue, que hic pro operibus suis
mercedem humane laudis percipi-
ebant, mendicasse referuntur. Tu
autem Domine.

AS:335; 1520:53r; 1531:209r.

2291. Ant.
I.v.



I-xit dó-mi-nus * vil-li-co, Quid hoc áudi- o de te :
redde ra-ti-ónem vil-li-ca-ti-ó-nis tu- e al-le- lú-ya.

Ps. Benedictus. 52.*

Oratio.


Largire nobis Domine quesumus
semper spiritum cogitandi que
recta sunt propicius et agendi : ut qui

sine te esse non possumus, secundum
te vivere valeamus. Per Dominum.

Ad vesperas.

AS:335; 1520:53r; 1531:209r.⁵⁰

Ant.
IV.i.




4522.


Uid fá-ci-am * qui-a dómi-nus me- us aufert




a me vil-li-ca-ti-ónem? Fó-de-re non vá-le- o, mendi-



cá-re e-ru-bésco, sci- o quid fá-ci- am, ut cum amó-tus



fú-e-ro a vil-li-ca-ti-óne re-cí-pi- ant me in domos



su- as. *Ps. Magnificat. 60**.

¶ *Dominica x. [post festum Sancte Trinitatis].⁵¹*

[*Evangelium*]⁵² *Secundum Lucam, xix. (41.) Lectio vij.*

IN illo témpore, Cum appropinquáret⁵³ Jesus Hierúsalem : videns civitátem fleuit super illam dicens, quia si cognovisses et tu. Et réliqua.

Omelia beati Gregorii pape. (39.)⁵⁴

[209v.]

Quod autem flente Dómino illa Hierosolimórum subvérso des-

cribátur, que a Vespasiáno et Tyto Románis princípibus facta est : nullus qui hystóriam eversiónis ejúsdem legit ignórat. Románi enim príncipes denunciántur cum dicitur, Quia vénient dies in te, et circundábunt te inimíci tui vallo : et circundábunt te et coangustábunt te úndique, et ad

terram constérnent te et filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod ádditur, Et non relínquent in te lápidem super lápidem : étiam ipsa ejúsdem civitátis transmigrátio tes-

tátur. Quia dum nunc in eo loco constrúcta est, ubi extra portam crucifíxus fúerat Dóminus : prior illa Hierúsalem, ut dícitur fúnditus est evérsa.

Lectio viij.

Ierúsalem ex qua culpa eversiónis pena fúerit illáta : subjúngitur, Eo quod non cognóveris⁵⁵ tempus visitatiónis tue. Créator quippe ómnium per incarnatiónis sue mysterium, hanc visitáre dignátus est : sed illa timóris et amóris illíus recordáta non est. Sed queréndum prius est quid sit quod dícitur, Videns civitátem flevit super illam dicens, Quia si cognovísses et tu. Flevit etenim pius⁵⁶ Redémptor ruínam

pérfide civitátis : quam ipsa sibi non cognoscébat esse ventúram. Cui a flente Dómino recte dícitur, Quia si cognovísses et tu, subáudi⁵⁷ fleres : que modo quia nescis quod ímminet, exúltas. Unde et súbditur, Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. Cum enim se carnis voluptátibus daret, et ventúra mala non prospíceret : in die sua que ad pacem ei esse póterant habébat.


Lectio nona.

Cur vero presentia bona ad pacem habúerit : manifestátur cum súbditur, Nunc autem abscondita sunt ab óculis tuis. Si enim a cordis ejus óculis mala que imminébant abscondita non essent : leta in presentibus próspere non fuisset. Cujus mox étiam pena que de Románis (sicut predíxi) princípibus imminébat, adjúncta est. Qua descrípta, quid Dóminus fécerit súbditur : quia ingrèssus templum

cepit ejícere vendétes de illo et emétes, dicens illis, Scriptum est : quia domus mea domus oratiónis est. Vos autem fécístis illam spelúncam latrónum. Qui enim narrávit mala ventúra, et prótinus templum ingrèssus est ut de illo vendétes et emétes ejíceret : profécto innótuít, quia ruína pópuli máxime ex sacerdotum culpa fuit. Tu autem Dómine miserére [nostri].


AS:336; 1520:53v; 1531:209v.⁵⁸

Ant.
Li.




1975.


Um appro-pinquá-ret * Dómi-nus Hie-rú-sa-lem :




vi-dens ci-vi-tá-tem fle- vit su-per il-lam et di-xit, Qui- a




si cogno-ví-ses et tu, qui- a vé- ni- ent di- es in te et circun-



dá-bunt te, et co- angustá-bunt te úndique, et ad ter-ram



prostérnent te, e- o quod non cognó-ve- ris tempus vi-si-



ta-ti-ó-nis tu- e al-le- lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio.

¶ Ateant aures misericórdie tue
Domine précibus supplicántium :
et ut peténtibus desideráta concédas,

fac eos que tibi sunt plácita⁵⁹
postuláre. Per Dóminum.

Ad vesperas.

AS:336; 1520:53v; 1531:209v.

4836.

Ant.
VIII.i.



Crip-tum est * e- nim qui- a domus me- a domus o- ra-

ti- ó- nis est cunctis génti- bus : vos autem fe- cís- tis il- lam

spe- lúncam latró- num : et e- rat quo- tí- di- e do- cens in

templo. *Ps.* Magnificat. 69*.

¶ *Dominica undecima [post festum Sancte Trinitatis].*⁶⁰

[*Evangelium*]⁶¹ *Secundum Lucam, xvij. (9.) Lectio vij.*

IN illo tēpore, Dixit Jesus ad quosdam qui in se confidēbant tanquam justī et aspernabāntur cēteros, parābolam istam dicens, Duo hōmīnes ascendērunt in templum : ut orārent. Unus pharisēus : et alter publicānus. Et rēliqua.

*Sermo ex commentario
venerabilis Bede presbyteri.*

(*Libro 5. cap. 71. super Lucam.*)⁶²

Quia parābolam Dōmīnus qua
semper orāre et non deficere

docēbat, ita conclūsit ut diceret veniēte júdice difícilē fidem in terra reperiēdam : ne quis sibi forte de supervácuā fidei cogitatiōne vel étiam confessiōne blandirétur, mox áltera juncta parábola diligēntius ostēndit a Deo fidei non verba examinānda sed ópera. Inter que nimirum ópera máxime regnat humilitas. Publicānus humiliter orans ad illa prefáte vídue hoc est ecclēsie membra pērtinet : de quibus supra dicítur, Deus autem non

fáciat vindíctam electórum suórum clamántium ad se ? Phariséus autem mérita jactans : ad ea de quibus

terríbilis in conclusióne senténtia súbditur, Verúntamen Fílius hóminis véniens : putas invéniet fidem in terra ?

Lectio viij.

[210r.] **P**hariséus stans : hec apud se orábat, Deus grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hóminum : raptóres, injústi, adúlteri, velut étiam hic publicánus. Quátuor sunt spécies : quibus omnis tumor arrogántium demonstráitur. Cum bonum aut a semetípsis se habére exístimant, aut si sibi datum désuper credunt, pro suis se hoc accepísse méritis putant : aut

certe cum jactant se habére quod non habent, aut despéctis céteris, singularíter vidéri áppetunt habére quod habent. Qua phariséus iste jactántie peste laborásse deprehénditur, qui idcírco de templo absque justificatióne descéndit : quia bonórum óperum mérita sibi quasi singularíter tríbuens, oránti publicáno se prétulit. Tu autem.

Lectio nona.

Fejúno bis in sábbato, décimas de ómnium que possídeo. Ezéchiél prophéta de osténsis sibi celi animalibus scribit, Et totum corpus plenum óculis : in circúitu ipsórum quátuor. Córpora quippe animalium idcírco plena óculis describúntur : quia sanctórum áctio ab omni parte circumspécta est, bona desiderabíliter prévidens, mala solérter cavens. Sed nos sepe dum áliis rebus inténdimus : fit ut ália negligámus. Et ubi neg-

lígimus, ibi proculdúbio óculum non habémus. Nam ecce phariséus ad obtinéndam abstinéntiam, ad impen-déndam misericórdiam, ad referéndas Deo grátias óculum habúerat : sed ad humilitátis custódiam non habébat. Et quid prodest quod contra nostrum insídias pene tota cívitas caute custóditur, si unum fóramen apértum relínquitur, unde ab hóstibus intrétur ? Tu autem Dómine.



Ps. Magnificat. 53.*

¶ *Dominica xij. [post festum Sancte Trinitatis].*⁶⁵

Evangelium. Secundum Marcum, vij. (31.) Lectio vij.

IN illo tēpore, Exiens Jesus de finibus Tyri : venit per Sydónem ad mare Galilée : inter médios fines Decapoléos. Et réliqua.

Omelia venerabilis Bede presbyteri.

*(14. primi libri.)*⁶⁶

Surdus ille et mutus quem mirábiliter curátum a Dómino, modo cum Evangélium legerétur audívimus : genus désignat humánum, in his qui ab errore dyabólice deceptiónis, divína meréntur grátia liberári. Obsúrduit namque homo ab audiéndo vite verbo : postquam

mortífera serpéntis verba contra Dóminum, túmidus audívit. Mutus a laude Conditóris efféctus est : ex quo cum seductóre collóquium habére presúmpsit. Et mérito clausit aures ab audiénda cum ángelis laude Creatóris : quas ad audiéndam ejúsdem Creatóris vituperatiónem sermónibus hostis incáutus aperuit. Mérito clausit os a predicánda cum ángelis laude⁶⁷ Creatóris : quod velut ad meliorándum opus ejúsdem Creatóris, cibi vétiti prevaricatióne supérbus implévit.

Lectio octava.

QUET heu miser géneris humáni deféctus. Quod in radíce viciósum germinávit : viciósius multo dilatári cepit in propágine ramórum. Ita ut veniénte in carne Dómino (excéptis paucis de Judéa fidélibus) totus pene mundus ab agnitióne et

confessióne veritátis surdus erráret et mutus. Sed ubi abundávit peccátum : superabundávit et grátia. Venit namque Dóminus ad mare Galilée : ubi nóverat egrotáre quem sanáret. Venit grátia sue pietátis ad tuméntia túrbida et instabília géntium corda :

in quibus nóverat esse qui ad suam grátiam pertínerent. Et bene inter médios fines Decapoléos ad mare Galilée, ubi egrótum sanáret venísse perhibétur : quia relícto ob perfidiam

pópulo qui decalógi mandáta ac- céperat, éxteras venit ad gentes, ut, sicut Johánes ait, Fílios Dei qui erant dispérsi congregáret in unum.


Lectio nona.

[210v.] **E**T addúcut (inquit) ei surdum et mutum : et deprecabántur eum ut impónat ei manum. Quia ipse surdus Salvatórem agnóscere, mutus nequibat rogáre : addúcut eum amíci, et pro ejus salúte Dómino súpplicant. Sic nímírum, sic in spirituáli necesse est curatióne gerátur, ut si quis humána indústria ad audítum confessionémque veritátis convértil non potest : divíne pietátis offerátur aspéctibus, atque ad sanándum eum supérne manus flagitétur auxiliúm. Nec tardat celéstis misericórdia médici : si inténtio


precántum⁶⁸ non hésitat nec déficit orátio. Unde statim subinfértur, quia apprehéndens Jesus egrótum de turba seórsum : misit dígitos suos in aurículas ejus, et éxpuens tétigit linguam ejus. Dígitos quippe surdo in aurículas mittit ut áudiat : cum per dona grátie spirituális aures diu non credéntes, ad audítum sui verbi convértit. Expuens linguam muti ut loqui váleat tangit : cum per ministérium predicatiónis, ratióne fidei qua confitéri débeat prestat. Tu autem.

AS:337; 1520:54r; 1531:210v.⁶⁹


201715. Ant. I.v.



X- í- ens * Je- sus de fí- ni- bus Ty- ri ve- nit per



Sydó- nem ad ma- re Ga- li- lé- e, inter mé- di- os fi- nes



De-ca-pó-le-os al-le-lú-ya. *Ps. Benedíctus. 52**.

Oratio.


DMnípotens sempitérne Deus,
qui abundántia pietátis tue et
mérita súpplícum excédis et vota, ef-
fúnde super nos misericórdiam tuam :

ut dimíttas que consciéntia méruit, et
adjícias⁷⁰ quod orátio non presúmit.
Per Dóminum.

Ad vespéras.

AS:337; 1520:54r; 1531:210v.

Ant.
V.ii.



1681.



Ene * ómni- a fe-cit : et surdos fe-cit audí-re



et mu-tos loqui. *Ps. Magníficat. 62**.

¶ *Dominica xiiij. [post festum Sancte Trinitatis].⁷¹*

[*Evangelium*]⁷² *Secundum Lucam, x. (23.) Lectio vij.*

IN illo témpore, Dixit Jesus
discípulis suis, Beáti óculi qui
vident que vos vidétis. Et réliqua.

*Sermo ex commentario
venerabili Bede presbyteri.*

*(Super Lucam Libro 3.
cap. 13. in fine, et cap 43.)⁷³*

Ron óculi scribárum et Phari-
seórum, qui corpus tantum
Dómini vidére : sed illi beáti óculi qui

ejus possunt cognóscere sacraméta,
de quibus dícitur, Et revelásti ea
párvulis. Beáti óculi parvulórum :
quibus et se et Patrem Fílius reveláre
dignáatur. Dico autem vobis, quod
multi prophéte et reges voluérunt
vidére que vos vidétis et non vidérunt :
et audíre que audítis, et non
audiérunt. Tu autem.

Lectio viij.

ABraham exultávit ut vidéret diem Christi : vidit et gavísus est. Esáyas quoque Mícheas et multi álii prophéte vidérunt glóriam Dómini : qui et propterea vidéntes sunt appelláti. Sed hi omnes a longe aspiciéntes et salutántes : per spéculum et in enigmáte vidérunt. Apóstoli autem in preséntia habéntes Dóminum convescentésque ei, et queque volu-

íssett interrogádo discéntes : nequáquam per ángelos aut várias visiónum spécies, opus habébant docéri. Quos vero Lucas multos prophétas et reges dicit : Mathéus apértius prophétas et justos appellat. Ipsi sunt enim reges magni : qui tentatiónum suárum mótibus non consentiéndo succúmbere, sed regéndo préesse novérunt.

Lectio nona.

ET ecce quidam legispéritus surrexit : tentans eum et dicens, Magíster, quid faciéndo vitam etérnam possidébo ? Legispéritus qui de vita etérna Dóminum tentans intérogat : ocasiónem ut reor tentándi de ipsis Dómini sermónibus sumpsit, ubi ait, Gaudéte autem quod nómina vestra scripta sunt in celis. Sed ipsa sua tentatióne índicat : quam vera sit illa Dómini conféssio qua Patri lóquitur, Quod abscondísti hec a sapiéntibus et prudéntibus : et

revelásti ea párvulis. At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est ? Quómodo legis ? Ille respóndens dixit, Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota ánima tua et ex ómnibus víribus tuis et ex omni mente tua : et próximum tuum sicut teípsum. Dum ergo legispérito respóndet : profécto nobis Salvátor iter vite celéstis osténdit. Cui primo de dilectiόne Dei et próximi, legis scripta proponéti, dicit, Recte respondísti. Hoc fac et vives. Tu autem.


AS:337; 1520:54v; 1531:210v.

3131. Ant. VIII.i.



Omo qui-dam * descendé-bat ab Hie-rú-sa-lem in


Expositiones evangeliorum.



Hié-richo et incí-dit in latrónes, qui é-ti- am dispo-li- a-




vé-runt e- um, et pla-gis impó-si-tis a-bi- é-runt se-mi-ví-vo



re-lícto. *Ps. Benedictus. 68**.

Oratio.


 Mnípotens et miséricors Deus
de cujus múnere venit, ut tibi a
fidélibus tuis digne et laudábiliter

serviátur : tríbue nobis quésumus, ut
ad promissiónes tuas sine offensióne
currámus. Per Dóminum.

Ad vesperas.

AS:337; 1520:54v; 1531:210v.

Ant.
VII.i.



4551.


Uis ti-bi vi-dé- tur * pró-ximus fu- ísse il-li qui



incí-dit in latrónes : et a- it il-le, qui fe-cit mi-se-ri-cór-



di- am in il-lo, Va-de et tu fac simí-li-ter al-le-lú-ya.



Ps. Magnificat. 67*.

¶ *Dominica decimaquarta.*

[*post festum Sancte Trinitatis*].⁷⁴

Evangelium. Secundum Lucam, xvij. (II.) Lectio vij.

IN illo témpore, Dum iret Jesus in Hierúsalem : transíbat per médiam Samáriam et Galiléam. Et cum ingrederétur quoddam castéllum : occurrerunt ei decem viri leprósi. Et réliqua.

*Sermo ex commentario
venerabilis Bede presbyteri.*

(*Super Lucam Libro 5. cap. 68.*)⁷⁵

LEprósi non absúrde intélligi possunt : qui sciéntiam vere fidei non habéntes, várias doctrínas profiténtur errorís. Hi autem tam vitándi sunt ecclésie : ut si fieri potest lóngius

remóti, magno clamóre interpéllent. Unde et apte subjúngitur, Qui steterunt a longe : et levavérunt vocem dicéntes, Jesu precéptor : miserere nostri. Et bene ut salvéntur, Jesum preceptórem nóminant. Quia enim in ejus verbis se errásse significánt : hunc salvándi humíliter preceptórem vocant. Cunque ad cognitióem preceptóris rédeunt : mox ad formam salutis recúrrunt. Nam séquitur, Quos ut vidit : dixit, Ite, osténdite vos sacerdotibus.

Lectio octava.

ET factum est dum irent : mundáti sunt. Nullum Dóminus eórum, quibus hec corporália beneficia préstítit, invenítur misísse ad sacerdótes : nisi leprósos. Quia vidélicet sacerdotium Judeórum, figúra erat futúri sacerdotii regális quod est in ecclésia : quo consecrántur omnes pertinéntes ad corpus Christi summi et veri princípis

sacerdotum. Et quisquis vel herética pravitate vel superstitione géntili, vel Judáica perfidia, vel étiam scismáte fratérno quasi vário colóre per Christi grátiam carúerit : necesse est ut ad ecclésiam véniat, colorémque fidei verum quem accéperit osténdat. Cetera vero vicia tanquam valitúduines et quasi morbos ánime atque sénsuum : per seípsum intérius in consciéntia et

intelléctu, Dóminus sanat et córrigit.

Lectio ix.

UNus autem ex illis ut vidit quia mundátus est : regréssus est cum magna voce magníficans Deum. Et cécidit in fáciem ante pedes ejus : grátias agens. Unus iste qui magníficans Deum regréssus est : unius ecclésie devótam Christo humilitátem significat. Qui bene cadens ante pedes Dómini : grátias egit. Ille enim vere Deo grátias agit : qui représsis⁷⁶ cogitátionibus presumptiónis sue, quam in semetípso infirmus sit humíliter videt, qui nichil sibi virtútis

tríbut, qui bona que egit, esse de misericórdia Conditóris cognóscit. Unde et recte subjúngitur, Et hic erat Samaritánus. Samaritánus quippe interpretátur custos. Quo nómine ille pópulus aptíssime significátur, qui grátias agéndo ei a quo accépit : quodámmodo cantat illud de psalmo, Fortitúdinem meam ad te custódiám : quia Deus suscéptor meus es, Deus meus, misericórdia ejus prevéniet me. Tu autem.


AS:337; 1520:54v; 1531:211r.⁷⁷

Ant.
I.v.




2458.


Um ingre-de-ré- tur Je-sus * quoddam cas-tél-lam :



occu-ré-runt il-li de-cem vi- ri lepró- si qui ste-té- runt a



longe et le-va-vé-runt vo-cem di-céntes : Je-su



pre-céptor mi-se-ré-re no-bis. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio.

Dni potens sempitérne Deus da
nobis fidei spei et charitátis
augméntum : et ut mereámur asséqui

quod promíttis, fac nos amáre quod
précipis. Per [Dóminum].⁷⁸


Ad vespéras.

AS:338; 1520:55r; 1531:211r.⁷⁹


3945. Ant.
VIII.i.




Onne de-cem * mundá-ti sunt : et novem u-bi sunt ?



non est invéntus qui re-dí-ret et da-ret gló-ri- am De-o ni-si



hic a-li- e-ní-ge-na : va-de qui- a fi-des tu- a te salvum fe- cit



al-le-lú-ya. *Ps. Magníficat. 69**.

Dominica xv. [*post festum Sancte Trinitatis*].⁸⁰

[*Evangelium*]⁸¹ *Secundum Matheum, vj. (24.) Lectio vij.*

IN illo témpore, Dixit Jesus
discípulis suis, Nemo potest
duóbus dóminis servíre. Et réliqua.

*Sermo ex commentario
venerabilis Bede presbyteri.*

(*Super Lucam, Libro 5. cap. 64.*)⁸²

Nemo potest duóbus dóminis
servíre : quia nemo valet tran-

sitoria simul et etérna dilígere. Si
enim eternitátem dilígimus : cuncta
temporália in usu non in afféctu
possidémus. Aut enim unum ódiét,
et álterum dilígét : aut uni adherébit,
et álterum contémnet. Hec verba
dilígénter consideránda sunt. Nam
qui sint duo dómini, consequéter

expónit, dicens, Non potéstis Deo servíre et mammóne. Audiát hoc ávarus, áudiat qui censétur nómine Christiáno : non posse simul mam- móne hoc est divítiis Christóque servíre. Et tamen non dicit⁸³ qui habet divítias : sed qui servit divítiis. Qui enim divitiárum servus est, et

divítias custódit ut servus. Qui autem servitútis excússit jugum : distribuit [211v.] eas ut dóminus. Sed qui servit mammóne, illi útique servit qui rebus istis terrénis mérito sue perversitátis prepósitus, princeps hujus séculi a Dómino dícur.

Lectio viij.

ERgo aut unum ódiat et álterum díliget, ut fieri debet, ódiat scílicet dyábolum, díliget Deum : aut uni adherébit, et álterum contémnet. Adherébit scílicet diabolo, cum quasi ejus prémia temporália sectátur : contémnet autem Deum. Non dixit ódiat, sed sicut solent minas ejus postpónere cupiditatibus suis, qui de bonitate ejus sibi ad impunitatem blandiúntur. Quibus per Salomónem dícur, Fili ne adjicias peccátum super peccátum : et dicas, Miserátio

Dei magna est.

⁸⁴ Ideo dico vobis, Nolíte sollíciti esse ánime vestre quid manducétis : aut córpori vestro quid induámini. Ergo quod ómnibus natúra tríbuit, et juméntis ac béstiis homínibus quoque commúne est : hujus cura pénitus non liberámur : sed precípitur nobis ne sollíciti simus quid comedámus. Et quia in sudóre vultus preparámus nobis panem : labor exercéndus est, sollicitúdo tollénda.

*Beda super
Lucam Libro 4.
cap. 52. circa
medium.*

Lectio ix.

ANima plus est quam esca : et corpus plusquam vestiméntum. Admonet ut meminérimus multo ámplius nobis Deum dedísse quod nos fecit et compósuit ex ánima et córpore : quam est aliméntum atque teguméntum. Ut intélligas eum qui dedit ánima : multo facílius escas esse datúrum. Simíliter eum qui cor-

pus dedit : multo facílius datúrum esse vestiméntum. Quo loco queri solet, utrum ad ánima cibus iste pertíneat : cum ánima incorpórea sit, cibus autem iste corpóreus. Sed ánima hoc loco pro ista vita pósitam novérimus : cujus retináculum est aliméntum istud corpóreum. Secúndum hanc significatióem, dictum est

étiam illud, Qui amat ánimam suam :
perdet eam. Quod nisi de hac vita
accepérimus : quam opórtet pro regno
Dei pérdere, quod potuisse mártires
cláruit : contrárium hoc precéptum

erit illi senténtie qua dictum est, Quid
prodest hómini si totum mundum
lucretur, ánime vero sue detriméntum
patiátur ? Tu autem.

AS:338; 1520:55r; 1531:211v.

3895. Ant.
VIII.i.



O-lí-te * sol-lí-ci-ti esse di-céntes quid mandu-cá-
bimus aut quid bi-bémus : scit e-nim Pa-ter vester ce-lés-tis
quid vo-bis ne-cesse sit al-le-lú-ya. Ps. Benedíctus. 68*.

Oratio.


Custódi Dómine quésumus ⁸⁵
Ecclésiám tuam propiciatióne
perpétua : et quia sine te lábitur

humána mortálitás, tuis semper
auxíliis et abstrahátur a nóxiis : et ad
salutária dirigátur. Per [Dóminum].⁸⁶

Ad vespéras.

AS:338; 1520:55r; 1531:211v.


4431. Ant.
I.i.



Uéri-te er-go * primum regnum De-i et



justí-ci- am e-jus : et hec ómni- a adji-ci- éntur vo-bis



al-le- lú-ya. *Ps. Magníficat. 53**.

¶ *Dominica xvj. [post festum Sancte Trinitatis].*⁸⁷

[*Evangelium*]⁸⁸ *Secundum Lucam, vij. (ii.) Lectio vij.*

IN illo témpore, Ibat Jesus in civitátem que vocátur Naym : et ibant cum illo discípuli ejus et turba copiósá. Cum autem appropinquáret porte civitátis : ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris sue. Et réliqua.

*Sermo ex commentario
venerabilis Bede presbyteri.*

(*Super Lucam Libro 2. cap. 25.*)⁸⁹

Defúnctus hic qui extra portam civitátis multis est intuéntibus elátus : significat hóminem letáli críminum fúnere soporátum, eándem-

que ínsuper ánime mortem non cordis adhuc cubíli tegéntem, sed ad multórum notíciam per locutiónis operísve indícium, quasi per sue óstia civitátis propalántem. Qui bene filius únicus matris sue dícitur.⁹⁰ Quia licet e multis collécta persónis una sit perfécta et immaculáta virgo mater ecclésia : sínguli quique tamen fidélium universális se ecclésie filios rectíssime faténtur. Nam et eléctus quílibet quando ad fidem imbúitur : filius est. Quando ad fidem álios imbuit : mater est.

Lectio vij.

Portam civitátis qua defúnctus efferebátur : puto áliquem de sénsibus esse corpóreis. Qui enim séminat inter fratres discórdias, qui iniquitátem in excélsó lóquitur : per oris portam extráhitur mórtuus. Qui

víderit mulíerem ad concupiscéndum eam : per oculórum portam sue mortis indícia profert. Qui fábulis ociósis, obscenísve carmínibus, vel detractiúnibus aurem libénter áperit : hanc ánime sue portam mortis éfficit.

Ceterósque qui non servat sensus :
mortis sibi ipse réserat áditus. Et hec
vídua erat : et turba civitátis multa
cum illa. Víduam esse ecclésiám
omnis ánima que Sponsi Dominíque
sui se morte redéptam méminit :

agnóscit. Divíno autem nutu multa
Dóminum turba, multa víduam
comitabátur : ut viso tanto miraculo [212r.]
multi testes, multi Dómini fierent
laudatóres.


Lectio ix.

Quam cum vidisset Jesus :
misericórdia motus super eam,
dixit illi, Noli flere. Desístite inquit
quasi mórtuum flere, quem mox
vivum resúrgere vidébis. Ubi mýstice
Nováti dogma confúnditur : qui de
sua mundícia supérbe gloriátus,
húmilem peniténtium mundatióem
evacuáre conátur, verámque matrem
ecclésiám de natórum suórum

extinctiósne spirituáli plorántem, spe
vite redonánde negat consolári débere.
Et pulchre Evangelísta Dóminum
prius misericórdia motum esse super
matrem, ac filium ejus post suscitásse
testátur : ut in uno nobis exéplum
imitánde pietátis osténderet, in áltero
fidem miránde virtútis astrúeret. Tu
autem Dómine.

AS:338; 1520:55v; 1531:212r.⁹¹

3157. Ant.
I.v.



- bat Je-sus * in ci-vi-tá-tem que vo-cá-tur Na-
ym : et ecce de-fú-ctus effe-re-bá-tur fí-li- us ú-ni-cus
ma-tris su-e. Ps. Benedíctus. 52*.

Oratio.

Cclésiám tuam quésumus Dómi-
ne miserátio continuáta mundet
et múniat : et quia sine te non potest

salva consistere, tuo semper múnere
gubernétur. Per Dóminum.


Ad vesperas.

AS:338; 1520:55v; 1531:212r.⁹²


Ant.
I.ii.




C-cé-pit autem omnes ti-mor * et magni-fi-cá-bant



De-um, di-céntes Qui- a prophé-ta magnus sur-ré-xit in



no-bis, et qui- a De-us vi-si-tá-vit ple-bem su-am.



Ps. Magnificat. 53.*

¶ *Dominica xvij. [post festum Sancte Trinitatis].*⁹³

[*Evangelium*]⁹⁴ *Secundum Lucam, xiiij. Lectio vij.*

IN illo témpore. Cum intrásset
Jesus in domum cújúsdam prín-
cipis Phariseórum sabbáto manducáre
panem : et ipsi observábant eum. Et
ecce quidam ydrópicus erat ante
illum. Et reliqua.

Sermo ex commentario

venerabilis Bede presbyteri.

(*Super Lucam Libro 4. cap. 58.*)⁹⁵

IDrópis⁹⁶ morbus ab aquóso
humóre vocábulum trahit. Grece
enim aqua : ydor vocátur. Est autem
humor subcutáneus de vício vésice
natus : cum inflatióne turgénte et

anhélitu fétido. Propriúmque est ydrópicu quanto magis abúndat humóre inordináto : tanto ámplius sitíre.⁹⁷ Et ídeo recte comparátur ei : quem fluxus carnálium voluptátum exúberans aggrávat. Comparátur dívi-

ti ávaro qui quanto est copiósior divítiis quibus non bene útitur : tanto ardéntius tália concupíscit. Et respóndens Jesus : dixit ad legispéritos et phariséos, Si licet sábbato curáre ? At illi tacuérunt. Tu autem Dómine.

Lectio octava.

Quod dicitur respondisse Jesus, ad hoc respicit quod premíssum est : et ipsi observábant eum. Dóminus enim novit cogitatiónes hóminum. Sed mérito interrogáti tacent : qui contra se dictum quicquid díxerint vident. Nam si licet sábbato curáre : quare Salvatórem an curet observant ? Si non licet : quare ipsi sábbato pécora curant ? Ipse vero apprehénsus sanávit eum : ac dimísit. Próvida dispensatióne Dóminus ante legispéritos et pharisées ydrópicum

curat : et mox contra avaríciám dispútat. Ut vidélicet per ejus egritúdinem córporis : in illis exprimerétur egritúdo cordis. Dénique post multa disputatiónis ejus hortaménta : subjúctum est, Audiébant autem hec ómnia⁹⁸ phariséi qui erant ávari : et deridébant illum. Idrópicus quippe quo ámplius bíberit : ámplius sitit. Et omnis avarus sitim multiplicat, qui cum ea que áppetit adéptus fúerit : ad appeténda ália ámplius ánhelat.

Lectio nona.

Quod respondens dixit ad illos, Cujus vestrum ásinus aut bos in púteum cadet, et non contínuo extráhet illum die sábbati ? Sic observatóres suos phariséos convíncit : ut éosdem étiam avarície condémnet. Si vos (inquit) sábbato ásinum aut bovem, aut áliud quódlibet ánimál in púteum decídens erípere festinátis, non animáli sed vestre avarície consuléntes : quanto magis ego

hóminem qui multo mélior est pécore, débeo liberáre ? Congruénter Dóminus ydrópicum animáli quod cécidit in púteum comparávit : humóre enim laborábat. Et bene utróque loco bovem pósuit et ásinum : ut sive sapiéntes quosque et hébetes, sive ut supradíctum est utrúmque pópulum eos significáre sentiámus, eum vidélicet cujus cervicem jugum legis attrívit, atque eum quem quílibet

sedúctor répperit quasi brutum
 ánimál et nulla ratióne renítens, quo
 vóluit errore subtráxit : omnes
 Salvátor advéniens Sáthane vínculis

astríctos, omnes in unum con-
 cupiscéntie púteum demérsos invénit.
 Tu autem Dómine.

AS:339; 1520:55v; 1531:212r.⁹⁹

Ant.
 I.vi.



2293.

I-xit Je-sus * ad le-gispe-rí-tos et Pha-ri-sé-
 os : Si li-cet sá-bba-to cu-rá-re. At il-li ta-cu-é-runt.
 Ipse ve-ro appre-hén-dens ydró-pi-cum, sa-ná-vit e-um
 ac di-mí-sit. *Ps.* Benedíctus. 52*.


[212v.] *Oratio.*

Tua nos quésumus Dómine¹⁰⁰ | quá-tur : ac bonis opéribus júgiter pres-
 grátia semper et prevéniat et se- | tet esse inténtos. Per [Dóminum].¹⁰¹

Ad vespéras.

AS:339; 1520:56r; 1531:212v.

Ant.
 VII.i.



2055.

Um vo-cá-tus fú-e-ris * ad núpti-as re-cúmbe

in no-víssimo lo-co, ut di-cat ti-bi qui te invi-tá-vit,
 Amí-ce ascénde su-pé-ri-us, tunc e-rit ti-bi gló-ri-a
 co-ram simul discumbénti-bus al-le-lú-ya. *Ps. Magníficat. 67**.

¶ *Dominica xvij. [post festum Sancte Trinitatis].*¹⁰²

[*Evangelium*]¹⁰³ *Secundum Matheum, xxij. (34. Lectio vij.)*

IN illo tēpore, Accessērunt ad Jesum Pharisēi, audiētes quod Jesus silēntium imposuisset saducēis¹⁰⁴ : convenērunt in unum, et interrogāvit eum unus ex eis legis doctor tentans eum, Magister : quod est mandātum magnum in lege ? Et rēliqua.

Omelia beati Johannis episcopi.

(*Chrisostomus parte, prima omelie 37.*)

Convenērunt ut multitudīne vincerent : quem ratiōne superāre non pōterant. A veritatē nudos se esse professi sunt : qui multitudīne se armaverunt. Dicēbant enim apud se,

Unus loquatur pro omnibus, et omnes loquamur per unum : ut si quidem vicerit, omnes videamur victores, si autem victus fuerit, vel solus videatur confusus. O pharisēi : qui omnia propter homines cogitatis et facitis. Primum quidem venientes cum uno : vincendi estis per unum. Tamen pone quia uno victo : homines non intelligunt vos omnes esse victos. Nunquid conscientie vestre non sentiunt se esse confusas ? Levis enim est consolatio, qui in seipso confusus est : quod ab aliis ignoratur.

Lectio vij.

Magister, quod est mandatum magnum in lege ? Magistrum vocat, cujus non vult esse discipulis :

non scire desiderans sed tentans. Simplicissimus interrogator, et malignissimus insidiator, de magno man-

dáto intérogat : qui nec mínimum observat. Ille enim debet interrogáre de majóre justítia : qui jam minórem complévit. Dóminus autem ei sic respóndit : ut interrogatiónis ejus fictam consciéntiam statim primo respónso percúteret dicens, Díliges Dóminum Deum tuum ex toto cordo tuo et in tota ánima tua : et in tota mente tua. Hoc est máximum : et

primum mandátum. Máximum autem et mínimum mandátum dícimus, quantum ad dignitátem mandatórum : non quantum ad utilitátem. Alíouin utilitas ómnium mandatórum una est : et ómnia mandáta que unum vidéntur esse mandátum ita sibi cohérent, ut álterum sine áltero esse non possit.

Lectio ix.

ITaque dígnius est hoc mandátum, Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo : quam illud non occídes, non concupísces : tamen utilitas una est. Nam qui díligit Deum : ille non occídit neque¹⁰⁵ concupíscit. Qui autem occídit aut concupíscit : non díligit Dóminum Deum suum. Ecce autem minóra mandáta : Dóminus maniféstat dicens, Si quis unum ex mínimis istis mandátis sólverit, et docúerit sic hómines : mínimus vocábitur in

regno celórum. Díliges inquit, non timébis : quia díligere majus est quam timére. Minorátio enim cultúre Dei habet timórem, perféctio autem dilectionem : dicénte Johánne, Perfécta diléctio, foras mittit timórem. Donec enim homo timet Deum : non eum díligit. Cum autem díligere céperit : jam non cum tantúmmodo timet, se étiam ámplius díligit. Timére enim servórum est : díligere filiórum. Timor sub necessitáte est : diléctio in libertáte. Tu autem.

AS:339; 1520:56r; 1531:212v.¹⁰⁶


Ant.
VIII.i.




3659.

A-gister, * quod est mandá-tum magnum in le-ge ?

Expositiones evangeliorum.



a- it il-li Je-sus, Dí- li-ges Dómi-num De-um tu-um ex



to-to corde tu-o al-le-lú-ya. *Ps. Benedíctus. 68**.

Oratio.

DA quésumus Dómine pópulo tuo dyabólica vitáre contágia : et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum.

Ad vesperas.

AS:339; 1520:56r; 1531:212v.

4533. Ant. IV.i.



Uid vo-bis * vi-dé-tur de Christo cu-jus Fí- li- us




est, di-cunt e-i omnes, Da- vid. Di-cit e- is Je- sus,



Quómo-do Da-vid in spí- ri-tu vo-cat e-um Dó-mi-num



di- cens, Di-xit Dómi-nus dó-mi-no me-o Se-de a



dextris me- is. *Ps. Magnificat. 60**.

¶ *Dominica xix. [post festum Sancte Trinitatis].*¹⁰⁷

[*Evangelium*]¹⁰⁸ *Secundum Matheum, ix. Lectio vij.*

IN illo tempore, Ascendens Jesus in naviculam¹⁰⁹ : transfretavit et venit in civitatem suam. Et reliqua.

Omelia beati Johannis episcopi.

(*Chrisostomus parte prima omelie 36.*)¹¹⁰

Creator rerum orbis Dominus postea quam se propter nos angustiavit in carne : cepit habere humanam patriam, cepit civitatis Judaeice esse civis. Parentes cepit ha-

bere, parentum omnium ipse parens, ut invitaret amor, attraheret caritas, vinceret affectio, suaderet humanitas : quos fugarat dominatio, metus disperserat, et fecerat vis potestatis extorres.¹¹¹ Venit in civitatem suam : et obtulerunt ei paraliticum jacentem in lecto. Et videns (inquit) Jesus fidem illorum : dixit paralitico, Con- [213r.] fide fili : remittuntur tibi peccata tua.

Lectio viij.

Audit veniam et tacet paraliticus : nec ullam respondet gratiam, quia plus anime quam corporis tendebat ad curam, et temporales e-rumnas resoluti corporis sic deflebat : ut eternas penas resolutionis anime non defleret, gratiorem sibi presentem vitam iudicans quam futuram. Merito Christus offerentium fidem respicit,

et vecordiam despicit sic jacentis : ut fidei aliene suffragio paralitici anima ante curaretur quam corpus. Respiciens (inquit) fidem illorum. Cernitis in hoc loco fratres Deum non querere insipientium voluntates, non expectare ignorantium fidem, non infirmi stulta desideria perscrutari : sed ad alterius fidem subvenire.

Lectio ix.

Revera fratres, quando medicus languentium querit aut respicit voluntates, cum semper contraria

desideret et requirat infirmus hinc est quod nunc ferrum, nunc ignem, nunc amara pocula ingerit et apponit invitis :


Hucusque Chrisostomus ubi supra.

ut curam sani sentiant quam sentire non poterant egrotantes. Et si homo injurias despicit, maledicta contemnit, ut sauciatis membris sponte vitam conferat et salutem : quanto magis Christus medicus bonitate divina morbis saucios peccatorum, et frenesi criminum laborantes, ad salutem etiam invitos attrahit et nolentes ? O si vellemus fratres o si vellemus

mentis nostre omnem paralisis semper videre et animam nostram virtutibus destitutam jacere in viciorum stratis cereremus : luceret nobis quemadmodum Christus qui nostras quotidie noxias despicit voluntates, ad salutaria nos remedia pertrahit et perurget invitos. Tu autem.

AS:340; 1520:56v; 1531:213r.

2288. Ant. I.v.



I-xit Dómi-nus * pa-ra- lí-ti-co, Confi-de fi-li re-
mittuntur ti-bi peccá-ta tu- a al-le- lú-ya. Ps. Benedíctus. 52*.

Oratio.


Dirigat corda nostra quæsumus
Dómine tue miseratiónis ope-

rátio : quia tibi sine te placere non
póssumus. Per Dóminum.


Ad vespas.

AS:340; 1520:56v; 1531:213r.


5389. Ant. VIII.i.



I-déntes * autem turbe timu-é-runt et glo-ri-fi-ca-



vé-runt De-um qui de-dit po-testá-tem ta-lem homí-ni-bus.



Ps. Magnificat. 69*.

¶ *Dominica xx. [post festum Sancte Trinitatis].*¹¹²

[*Evangelium*]¹¹³ *Secundum Matheum, xxij. Lectio vij.*

IN illo tēpore, Loquebátur¹¹⁴
Jesus cum discíplis suis in
parábolis : dicens, Símile factum est
regnum celórum hómīni regi qui fecit
núptias filio suo. Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape. (38.)*¹¹⁵

Rerúmque in sancto Evangélio :
regnum celórum presens ecclésia
designátur. Congregátio quippe jus-
tórum : regnum celórum dicitur.
Quia enim per Prophétam Dóminus
dicit, Celum michi sedes est, et
Sálomon ait, Anima justi, sedes
sapiéntie. Paulus étiam dicit Chris-

tum Dei virtútem et Dei sapiéntiam :
líquido collígere debémus quia si
Deus sapiéntia : ánima autem justi
sedes est sapiéntie, dum celum dicitur
sedes Dei, celum ergo est ánima justi.
Hinc per Psalmístam de sanctis predi-
catóribus dicitur, Celi enárrant
glóriam Dei. Regnum ergo celórum
est ecclésia justórum : quia dum
eórum corda in terra nil ámbiunt, per
hoc quod ad supérna suspírant, jam in
eis Dóminus quasi in celéstibus
regnat.

Lectio octava.

Dicátur ergo, Símile est regnum
celórum hómīni regi : qui fecit
núptias filio suo. Jam intélligit caritas
vestra : quis est iste rex regis filii
pater. Ille nímīrum cui Psalmísta ait,
Deus júdicium tuum regi da : et
justítiam tuam filio regis. Qui fecit

núptias filio suo. Tunc enim Deus
Pater Deo Fílio núptias fecit : quando
hunc in útero Vírginis humane natúre
conjúnxit, quando Deum ante sécula
fieri vóluit hómīnem in fine secu-
lórum. Sed quia ex duábus persónis
solet fieri ista conjúctio : absit hoc

ab intelléctibus nostris ut persónam Dei et Hóminis Redemptóris nostri Jesu Christi, ex duábus persónis credámus esse únitam. Ex duábus

quippe atque in duábus hunc natúris exístere dícimus : sed ex duábus persónis compósitum credi ut nephas vitámus.

Lectio nona.

APértius ígitur atque secúrius dici potest, quia in hoc Pater Fílio regi núptias fecit : quo ei per incarnatiónis mystérium sanctam ecclésiám sociávit. Uterus autem genitrícis Vírginis hujus Sponsi thálamus fuit. Unde et Psalmísta dicit, In sole pósuit tabernáculum suum : et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquam sponsus quippe de thalamo suo procéssit : qui ad conjungéndam sibi

ecclésiám, incarnátus Deus de incorrúpto Vírginis útero exívit. Misit ergo servos suos : ut ad istas núptias amícos invitárent : misit [213v.] semel, misit íterum : quia incarnatiónis Domínice predicatóres et prius prophéetas, et póstmodum apóstolos fecit, Bis itaque servos ad invitándum misit : quia incarnatiónem Unigéniti et per prophéetas dixit futúram, et per apóstolos nunciávit factam. Tu autem.

AS:340; 1520:56v; 1531:213v.

2202. Ant. VIII.i.

QI-ci-te *invi-tá-tis, Ecce prándi-um me-
um pa-rá- vi, ve-ní-te ad núpti- as al-le-lú-ya.

Ps. Benedíctus. 68.*

Oratio.

Quoniam omnipotens et misericors Deus universa nobis adversantia propiciatus excludit : ut mente et corpore

pariter expediti, que tua¹¹⁶ sunt liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

¶ *Ad vesperas.*

AS:340; 1520:56v; 1531:213v.

Ant.
I.ii.



Upti- e qui-dem pa-rá-te sunt * sed qui invi-tá-ti

e-rant non fu-é-runt digni. I-te er-go ad é-xi-tus vi-á-

rum et quoscúnque inve-né-ri-tis vo-cá-te ad núpti- as

al-le-lú-ya. *Ps. Magnificat. 53**.

¶ *Dominica xxj. [post festum Sancte Trinitatis].¹¹⁷*

[*Evangelium*]¹¹⁸ *Secundum Johannem, iiij. (46.) Lectio vij.*

IN illo tempore, Erat quidam regulus cujus filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam : abiit ad eum, et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium ejus.

Incipiebat enim mori. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape. (28.)¹¹⁹

Lectio sancti Evangelii quam modo fratres audistis, expositione non indiget. Sed ne hanc tacite preterisse videamur : exhortando pó-

3980.

tius quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum, cur is qui ad salutem petendam venerat audivit : Nisi signa et prodigia videritis non creditis. Qui enim salutem querebat filio : proculdubio credebat. Neque enim ab illo quereret salutem : quem non crederet

Salvatorem. Quare ergo dicitur, Nisi signa et prodigia videritis non creditis, cum ante crederet quam signum videret ? Sed memento quod petiit : et aperte cognoscetis, quia in fide dubitavit. Poposcit namque ut descenderet : et sanaret filium ejus. Tu autem.

Lectio octava.

Corporalem ergo presentiam Domini querebat : qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit quem non putavit posse salutem dare : nisi presens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset : proculdubio sciret, quia non esset locus ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffusus est : quia virtutem non dedit majestati sed presentie

corporali. Et salutem itaque filio petiit, et tamen in fide dubitavit : quia eum ad quem venerat,¹²⁰ et potentem ad curandum credidit, et tamen morienti filio esse absentem putavit. Sed Dominus qui rogatur ut vadat : quia non desit ubi invitatur indicat. Solo jussu salutem reddidit : qui solo nutu omnia creavit.

Lectio ix.

Hoc nobis est solerter intuendum, quod sicut evangelista alio teste didicimus, centurio ad Dominum venit dicens, Domine, puer meus jacet paralyticus in domo : et male torquetur. Cui a Jesu protinus respondetur, Ego veniam et curabo eum. Quid est quod regulus rogat ut ad ejus filium veniat et tamen corporaliter ire recusat, ad servum vero centurionis non invitatur, et tamen se

corporaliter ire pollicetur ? Reguli filio per corporalem presentiam non dignatur adesse, centurionis servo non dedignatur occurrere. Quid est hoc, nisi quod superbia nostra retunditur, que¹²¹ in hominibus non naturam qua ad ymaginem Dei facti sunt, sed honores et divitias veneramur ? Cunque pensamus que circa nos¹²² sunt : interiora profecto minime pervidemus.¹²³ Dum ea consideramus

Expositiones evangeliorum.


que in corpóribus despécta sunt : autem.
neglígimus pensáre quod sunt. Tu

AS:340; 1520:57r; 1531:213v.

Ant.
I.viii.




- rat * qui-dam ré-gu-lus cu-jus fí-li- us infirma-



bá-tur Caphárna- um : hic cum audís-set qui- a Je-sus adve-



ní-ret in Gal-li- lé- am : ro-gá-bat e-um ut sa-ná- ret fí-li-



um e-jus. *Ps. Benedíctus. 52**.

Oratio.

L Argíre quésumus Dómine fi-
délibus tuis indulgéntiam pla-
cátus et pacem : ut páriter ab ómni-

bus mundéntur offénsis, et secúra tibi
mente desérviant. Per Dóminum.


Ad vespéras.

AS:341; 1520:57r; 1531:213v.

Ant.
III.iv.



Ognó-vit * autem pa-ter qui- a il-la ho-ra e-rat,



2661.

1850.

in qua di-xit Je- sus Fí-li- us tu- us vi- vit, et cré-di-dit
 ip- se et domus e- jus to- ta. Ps. Magníficat. 58*.

¶ *Dominica xxij. [post festum Sancte Trinitatis].*¹²⁴

Evangelium. Secundum Matheum, xvij. (23.) Lectio vij.

IN illo tēpore, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc, Símile est regnum célorum hómini regi : qui vóluit ratiónem pónere cum servis suis. Et réliqua.

Omelia beati Augustini episcopi.

(In verbis Domini super Mat.

*Sermo 15. A.)*¹²⁵

[214r.] **E**cce fratres res in aperto est : admonitio utilis valde et salubris. Obediéntia debétur, ut quod jussum est impleátur : quia omnis homo et débitor est Dei : et debitórem habet

fratrem suum. Quis est enim qui non sit débitor, nisi in quo nullum potest peccátum inveníri ? Quis est autem qui non hábeat debitórem, nisi ille in quem nemo peccávit ? Putásne quisquam in génere humano reperíri potest, qui non et ipse áliquo peccáto obstríctus sit fratri suo ? Débitor ergo est omnis homo : habens tamen et ipse debitórem. Ideo Deus justus constituit tibi régulam in debitóre tuo : quod fáciat et ipse cum suo.

Lectio octava.

Duo sunt ópera misericórdie que nos liberant : que breviter ipse Dóminus pósuit in Evangélio. Dimíttite : et dimittétur vobis. Date : et dábitur vobis. Dimíttite et dimittétur vobis : ad ignoscéndum pértinet. Date, et dábitur vobis : ad pretándum benefícium pértinet.

Quod ait de ignoscéndo : et tu vis tibi ignósci quod peccas : et habes álium cui tu possis ignóscere. Rursus quod pértinet ad tribuéndum benefícium : petit te méndicus et tu es Dei méndicus. Omnes enim quando orá- mus : méndici Dei sumus. Ante já- nuam Patrisfamílias stamus, immo

étiam prostérnimur súpplīces : ingemiscimus, áliquíd voléntes accípere. Et ipsum áliquíd : ipse Deus est. Quid a te accépti méndicus ? Panem.

Et tu quid petis ab eo, nisi Christum qui dicit, Ego sum panis vivus qui de celo descéndi ? Tu autem.


Lectio nona.

Ignósci vobis vultis ? Ignóscite. Remíttite : et remittétur vobis. Accípere vultis ? Date et dábitur vobis. Sed quid in hac apérta preceptióne movére possit : audíte. In remissióne ubi vénia pétitur et ab ignoscénte debétur : hoc potest movére quod et Petrum movit. Quótiens débeo inquit ignóscere ? Súfficit usque sépties ? Non súfficit, ait Dóminus. Non dico tibi sépties :

sed usque septuagiessepties. Jam tu enúmera, quótiens in te peccáverit frater tuus. Si potúeris perveníre ad septuagésimam octávam culpam, ut tránseas septuagiessepties : tunc molíris vindíctam. Ita ne verum est quod dicit, et vere ita se res habet ut si peccáverit septuagies sépties,¹²⁶ ignóscas : si autem peccáverit septuagies ócties,¹²⁷ jam líceat tibi non ignóscere ? Tu autem Dómine.

AS:341; 1520:57r; 1531:214r.¹²⁸

Ant.
VIII.i.




2274.


I-xit * autem domi-nus servo redde quod de-bes :



pró-ci-dens autem servus il-le ro-gá-bat e-um di-cens, Pa-ti-



én-ti-am ha-be in me, et ómni-a reddam ti-bi.



Ps. Benedictus. 68.*

Oratio.

Famíliam tuam quésumus Dó-
mine contínua pietáte custódi :
ut a cunctis adversitatibus te prote-


gente sit líbera, et in bonis áctibus
tuo nómini sit devóta. Per
Dóminum.

Ad vesperas.


AS:341; 1520:57v; 1531:214r.

4873.

Ant.
III.iv.




Erve nequam * omne dé-bi-tum di-mí-si ti-bi



quó-ni- am ro-gásti me : nonne ergo o-pórtu- it et te mi-se-



ré-ri consérvi tu- i si-cut et e-go tu- i mi-sértus sum



al-le-lú-ya. *Ps. Magnificat. 58**.

☩ *Dominica xxiiij. [post festum Sancte Trinitatis].*¹²⁹

[*Evangelium*]¹³⁰ *Secundum Matheum, xxij. (15. Lectio vij.)*

IN illo témpore, Abeúntes
Phariséi consílium iniérunt ut
cáperent Jesum in sermóne. Et
réliqua.

*Omelia beati Hieronymi presbyteri.*¹³¹

Queréntes Dóminum compre-
héndere, príncipes sacerdotum
et scribe timuérunt pópulum : atque
ídeo quod per se non póterant
presídis mánibus efficere tentábant, ut
ipsi a morte ejus videréntur immúnes.

Et mittunt ei discipulos suos cum Herodiánis. Misérunt ergo discipulos suos quasi minus cógnitos et minus suspéctos : ut aut abscondite facílique deciperent eum, aut deprehénsi minus erubéscerent apud eum. Nam con-

sílio malo deprehénso, tanto minus náscitur confúσιο : quanta fúerit persóna detérior. Sed discipuli magístris suis etáte minóres erant : malícia autem pares.

Lectio octava.

Magíster scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces : et non est tibi cura de áliquo. Non enim réspicis persónam hóminum. Dic ergo nobis quid tibi vidétur ? Licet censum dari Cesári, an non ? Magístrum eum vocant et verácem : ut quasi honorátus et laudátus mystérium sui cordis eis simpliciter aperíret, tanquam eos volens habére discipulos.¹³² Blanda et fraudulénta interrogátio illuc próvocat respondéntem, ut magis Deum quam Cesárem timéndum dóceat, et dicat non debére tribúta solvi : ut statim audiéntes Herodiáni seditiónis contra

Románes auctórem téneant. Cógnita autem Jesus nequítia eórum : ait, [214v.] Quid me tentátis ypócrita ? Non secúndum sermónes eórum pacíficos blande respóndit, sed secúndum consciéntiam eórum crudélem áspere dixit : quia Deus plerúmque ad ánimam lóquitur non ad corpus, voluntátibus respóndet, non verbis. Prima virtus est respondéntis interrogántium mentem agnóscere : et non discipulos sed tentatóres vocáre. Ipocríta ergo appellátur, qui áliud est et áliud símulat : id est áliud ópere agit, áliud voce preténdit.

Lectio nona.

Sequitur, Osténdite michi numisma census. At illi obtulérunt ei donárium. Sapiéntia semper sapiénter agit : ut suis pótius tentatóres sermónibus confuténtur. Osténdite michi inquit denárium : hoc est genus nummi, quod pro decem nummis computabátur, et habébat

nomen et imáginem Cesáris. Et ait illis Jesus, Cujus est ymágo hec et superscríptio ? Qui putant interrogátionem Salvatóris ignorántiam esse et non dispensatióinem : discant ex presénti loco quod útique potúerit scire Jesus cujus ymágo esset in nummo, sed intérogat ut ad

sermónem eórum competénter res-
póndeat. Dicunt ei, Cesáris. Cesá-
rem hoc loco non putémus Octavi-
ánum Augústum, sed Tibérium sig-
nificári, privígnum ejus : qui in loco

succésserat vítrici, ¹³³ sub quo et
passus est Dóminus. Omnes autem
reges Románi a primo Júlio Cesáre,
qui insuétum gentis sue arrípuit im-
périum : Cesáres sunt appelláti. Tu.

AS:341; 1520:57v; 1531:214v.

3661. Ant.
VIII.i.



A-gister * scimus qui- a ve-rax es : et vi- am De- i

in ve-ri-tá-te do-ces al-le-lú-ya. *Ps.* Benedíctus. 68*.

Oratio.


Deus refúgium nostrum et virtus,
adésto piis ecclésie tue précibus
auctor ipse pietátis et presta : ut quod

fidéliter pétimus, effícaciter conse-
quámur. Per [Dóminus]. ¹³⁴

Ad vesp̄as.

AS:341; 1520:57v; 1531:214v.

4584. Ant.
I.i.



Eddi-te er-go * que sunt Cé-sa- ris Cé-sa- ri :

et que sunt De- i De- o al-le- lú-ya. *Ps.* Magníficat. 53*.

¶ *Dominica xxiiij. [post festum Sancte Trinitatis].*¹³⁵

[*Evangelium*]¹³⁶ *Secundum Matheum, ix. (18.) Lectio vij.*

IN illo tēpore, Loquēte Jesu ad turbas : ecce princeps unus accessit et adoravit eum dicens, Dōmine, filia mea modo defūncta est : sed veni impōne manum tuam super eam et vivet. Et reliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*¹³⁷

Princeps synagoge : nullus melius quam ipse Moyses intelligitur. Unde bene Jairus, id est illuminans, sive illuminatus dicitur : quia qui accipit verba vite dare aliis et per

hec ceteros illuminat, et ipso a Spiritu Sancto quo vitalia monita scribere vel docere possit, illuminatur. Qui (juxta Evangelium Luce) videns Jesum, procidit ad pedes ejus, quia in spiritu venturum in carne Dominum,¹³⁸ humili corde se ejus potentie subdidit : quem ita circa finem seculi hominem incarnandum esse cognovit, ut eternum ante omne seculum Deum existere non dubitaret.

Lectio octava.

SI caput Christi Deus, pedes ejus quid aptius quam assumpta humanitas, qua terram nostre mortalitatis tetigit, accipiendi sunt ? Et procidere archisynagogum ante pedes Jesu est legislatorem cum tota progenie Mediatorem Dei et hominum longe sibi dignitatis gloria preferendum esse cognoscere : et confiteri cum Apostolo, Quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Filia ergo archisynagoge ipsa est synagoga, que sola legali institutione composita, quasi unica

Moyse nata erat, et hec velut duodecimo etatis anno, hoc est tempore pubertatis appropinquante moriebatur : quia nobiliter a prophetis educata, postquam ad intelligibiles anno pervenerat, postquam spiritualem Deo sobolem generare deberet, subito erroris languore consternata spiritualis vite vias ingredi desperabiliter omisit : et si non ei a Christo succurreretur in horrendam mortem per omnia corruisset. [Tu autem.]

Lectio nona.

ET surgens Jesus sequebatur eum : et discipuli ejus. Ad puellam

pergens sanandam Dominus a turba comprimitur : quia genti Judae salu- [215r.]

tária mónica prebens quibus egram
viciis ejus conscientiam erigeret, nómia
carnálum populórum est consue-
túdine gravátus. Et ecce múlter que
sánguine fluxum patiebátur duódecim
annis. Múlter sánquine fluens a Dó-
mino curáta, ecclésia est congregáta
de géntibus : que ingénti carnálum
delectatiónum pollúta fluxu, atque a
cetu jam fúerat segregáta fidélium.
Sed cum Verbum Dei Judéam salváre
decérneret : illa parátam jam promís-

sámque áliis prerípuit spe certa sa-
lútem. Notándum quod et archi-
sinagógi duodénnis sit filia, et múlter
hec ab annis duódecim sánquine
flúxerit : hoc est eódem quo hec nata
sit témpore, illa céperit infirmári.
Una enim pene eadémque séculi hu-
jus etate : et synágoa in patriarchis
nasci, et géntium exterárum nátio per
orbem cepit ydolátrie sánie fedári.
Tu autem.


AS:341; 1520:58r; 1531:215r.¹³⁹

3635.

Ant.
III.i.



Quénte Je-su * ad tur-bas ecce princeps u-nus ac-



cés-sit et a-do-rá-vit e-um di-cens, Dó-mi-ne fí-li-a



me- a mo-do de-fúncto est : sed ve-ni impóne ma-num



tu-a su-per e- am et vi-vet al-le-lú-ya. Ps. Benedíctus. 56*.

Oratio.

Absólve quésumus Dómine tu-
rórum delícta populórum : et¹⁴⁰ a

peccatórum nostrórum néxibus, que
pro nostra fragilitáte contráximus, tua

benignitate liberemur. Per Dominum. |

Ad vesperas.

AS:342; 1520:58r; 1531:215r.¹⁴¹


Ant.
VII.i.



Onfi-de * fi-li-a : fi-des tu-a te salvam fe-cit,



et salvá-ta est mú-li-er ex il-la ho-ra al-le-lú-ya.



Ps. Magnificat. 67.*

¶ *Dominica xxv.*

[*Evangelium*]¹⁴² *Secundum Johannem, vj. (5.) Lectio vij.*

IN illo tempore, Cum sublevasset
Óculos Jesus et vidisset quia
multitúdo máxima venit ad eum :
dixit ad Philíppum, Unde emémus
panes ut mandúcent hi ? Et réliqua.

*Sermo ex commentario
beati Augustini episcopi.*

(*Super Johannem Tractatus 42. 6.*)¹⁴³

Dominus in monte : Verbum in
alto. Proinde non quasi humí-
liter jacet quod in monte factum est,
nec transeúnter pretereúndum est :

sed suscipiéndum. Turbas vidit, esu-
riéntes agnóvit, misericórditer pavit :
non solum pro bonitate, verumétiam
pro potestate. Quid enim sola pro-
désset bónitas, ubi non erat panis
unde turba esúriens pascerétur ? Nisi
bonitati adésset potestas, jejúna illa
turba et esúriens remáneret. Dénique
et discípuli qui erant cum Dómino in
fame, et ipsi turbas volébant páscere
ut non remánerent inánes, sed unde
páscerent non habébant.

1870.

Lectio octava.

INterrogávit Dóminus unde emeréntor panes ad turbas pascéndas : et ait Scriptúra, Hoc autem dicébat tentans eum, discipulum scílicet Philíppum quem interrogáverat, Ipse enim sciébat : quid esset factúrus. Cur ergo de bono tentábat, nisi quia ignorántiam discipuli demonstrábat ? Et forte in demonstratióne ignorántie discipuli áliquíd significávit. Apparébit ergo cum ipsum sacraméntum

de quinque pánibus céperit nobis loqui : et quid significet indicáre. Ibi enim vidébitur quare Dóminus in hoc facto ignorántiam discipuli vóluit interrogádo quod sciébat osténdere. Nam interrogámus aliquádo quod nescimus : audíre volétes ut discámus. Aliquádo interrogámus quod scimus : scire volétes utrum et ille sciat quem interrogámus.



Lectio nona.

ATrúmque hoc nóverat Dóminus : et quod interrogábat sciébat. Quid esset enim factúrus ipse nóverat : et hoc nescíre Philíppum sciébat similiter. Quare itaque interrogábat, nisi quia illius ignorántiam demonstrábat ? Et hoc quare fecit (ut dixi) post intelligimus. Andreas ait, Est hic puer quidam qui habet quinque panes ordeáceos : et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos ? Cum dixisset Philíppus ducentórum denariórum panes non sufficere quibus illa

tanta turba reficerétur, erat ibi quidam puer portans quinque panes ordeáceos et duos pisces. Et ait Jesus, Fácite hómnes discumbere. Erat autem ibi fenum multum : et discubuerunt fere quinque mília hómínium. Accépit autem Jesus panes, grátias egit, et jussit frangi. Fracti sunt panes pósiti ante discumbétes : non jam quinque panes, sed quod adjécerat qui creáverat quod auctum erat. Tu autem [Dómine misérere nostri].

AS:342; 1520:58r; 1531:215r.¹⁴⁴

2036. Ant.
I.v.

Um suble-vásset * ó-cu-los Je-sus et vi-dís-set

Expositiones evangeliorum.



máx-imam mul-ti-tú-di-nem ve-ni-éntem ad se, dix-it ad
 Phi-líppum, Unde emé-mus pa-nes ut mandú-cent hi ?
 hoc autem di-cé-bat tentans e-um, ip-se e- nim sci-é-bat
 quid es-set fac-tú-rus. *Ps.* Benedíctus. 52*.


Oratio.

EXcita quésumus Dómine tuórum
 fidélium voluntátes : ut divíni
 óperis fructum propénsius exequén-

tes, pietátis tue remédia majóra
 percípiant. Per Dóminum.

AS:342; 1520:58v; 1531:215r.¹⁴⁵

Ant.
 I.vi.





202344.

L-li hómi- nes * cum signum vi- díssent quod fac-



tum fú-e-rat, glo-ri-fi-cá-bant De-um et di-cé-bant,



qui- a hic est Sal-vá-tor mundi. *Ps.* Magníficat. 53*.

Notes, pages 1972-2033.

- ¹ 'vj.', 1531:206r.
- ² 1520:50v. indicates the text incipit 'Homo quidam fecit cenam magnam.' This is clearly an error, as the same incipit appears for the following Sunday.
- ³ *Gregorii* in Evangelia Lib. II. Homil. xl. § 3. *Opera* I. 1654. [SB:mcccxcix.]
- ⁴ 'Hoc quoque' *Portiforia cum Gregorio*. [SB:mcccc.]
- ⁵ In BL-52359:196v. and PEN:150r. 'et' is set FA. In BL-52359:196v. 'Lázarus' is set CD.C.C. BL-52359:196v. has 'intinguátur' but there is no neume for the final syllable. In BL-52359:196v. and PEN:150v. 'extrémum' is set C.C.C. BL-52359:196v. AS:332. and PEN:151v. have 'aqua'.
- ⁶ In 1520 the collects for Sundays after Trinity appear before the antiphons. this reflects the normal order where the collect first appears at First Vespers of the Sunday.
- ⁷ *Gregorii* in Evangelia Lib. II. Homil. xxxvi. § 2. *Opera* I. 1619. [SB:mcccxi.]
- ⁸ In AS:332. 'venírent' is set ACA.G.G; In 1520:51r. and PEN:150v. 'quia' is set G.A. In BL-52359:218v. 'invitátus' is set AB.A.G.G.
- ⁹ 1520:51r.
- ¹⁰ *Gregorii* in Evangelia, Lib. II. Homil. xxxiv. §§ 2, 3. *Opera* I. 1600. [SB:mcccxi.]
- ¹¹ 'spirituáliter', 1531:207r.; 'speciáliter' *Legend*. 1518. [SB:mcccxi. has 'spirituáliter' with the note 'specialiter' *Legend*. 1518.]
- ¹² BL-52359:219r. appears to have 'pérdidit'; 'invéniat' is set A.AGAG.AB.A.
- ¹³ 'everrit' *ed. Vulg.* [SB:mcccxi.] 1520:51v. has no flat.
- ¹⁴ 1520:51v.
- ¹⁵ 1520:51v.
- ¹⁶ *Beda* in Lucam cap. vi. Lib. II. §§ 28, 24. *Opera* V. 290. [SB:mcccxi.]
- ¹⁷ 'servientes' *Chevallon*. [SB:mcccxi.] 'sævientes', Bede, *Opera omnia* XI:29.
- ¹⁸ 1520:51v. has 'sicut et Pater'. BL-52359:219v. omits 'et' and its neume; 'miséricors' is set GA.F.FE.D. In PEN:151r. 'miséricors' is set G.F.FE.D.
- ¹⁹ 'et' *Chevallon*. [SB:mcccxi.]
- ²⁰ 1520:51v.
- ²¹ 1520:51v.
- ²² 'Genezáreh' *Chevallon*. [SB:mcccxi.]
- ²³ *Bede* in Lucam cap. v. Lib. II. cap. 15. *Opera* V. 270. [SB:mcccxi.]
- ²⁴ SB:mcccxi. has 'elevátos', with the following note: 'elátos' *Legend*. 1518. 1531:207v. has 'elátos'.
- ²⁵ 'exarēda . . . nunc sumet' *id.* [SB:mcccxi.]
- ²⁶ In BL-52359:219v. 'turbas allelúya' is set D.DC.D.EFE.D.D.
- ²⁷ 1520:52r.
- ²⁸ 1520:52r.
- ²⁹ 'vj.', 1531:207v.
- ³⁰ Hucusque *Augustinus* Lib. II. de Sermono Domini in Monte, cap. 9. [SB:mcccxi.]

- ³¹ 'nichil facit nichilominus', 1531:208r. SB:mcccix. omits 'nichil' and adds the following note: 'reum nichil facit nichilominus' *Chevallon*. 1516:211v. omits 'nichil'.
- ³² SB:mcccix. has 'Hebráice, Grece' with the following note: 'grece hebraice' *Chevallon. et Legend*. 1518.
- ³³ In BL-52359:220r. 'occiderit' is set DB.CD.CB.G.
- ³⁴ 'te diligentibus', 1520:52r.
- ³⁵ In 1520:52r 'tunc' is set FC; 'ófferes' is set E.G.A.
- ³⁶ 'plúrima', 1520:52v.
- ³⁷ *Bede* in Marci Evangelium cap. viii. Lib. II. cap. 32. *Opera* v. 144. [SB:mcccix.]
- ³⁸ 'considere', 1520:52v.
- ³⁹ 'inedie' *Chevallon*. [SB:mcccxi.]
- ⁴⁰ 'signata' *Leg*. 1518. [SB:mcccxi.]
- ⁴¹ 'predicant' *Chevallon*. [SB:mcccxi.]
- ⁴² 1520:52v.
- ⁴³ 1520:52v.
- ⁴⁴ 'ut fallámini' *Chevallon*. [SB:mcccxi.]
- ⁴⁵ In 1520:52v. 'óvium' is set A.GBCBAB.BA. In BL-52359:220v. 'prophétis' is set A.AG.GA; 'sunt' is set G. BL-52359:220v. has 'ex frúctibus'.
- ⁴⁶ 1520:53r.
- ⁴⁷ *Bede* in *Luce* Evangelium cap. xvi. Lib. v. cap. 64. *Opera* v. 376. [SB:mcccxiv.]
- ⁴⁸ Lectiones viij. et ix., partim mutata, inveniuntur in *Beda*; Sermonibus Estival. de Tempore, *Opera* VII. 59. [SB:mcccxv.]
- ⁴⁹ 'intelligendū' *Leg*. 1518. 'fas est intelligéndi' *Portif*. 1557. 'esse intélligi' *Chev*. [SB:mcccxv.]
- ⁵⁰ In 1520:53r. 'fúero' is set GA.A.G.
- ⁵¹ 1520:53r.
- ⁵² 1520:53v.
- ⁵³ 'appropinquásset', 1520:53v.
- ⁵⁴ *Gregorii* in Evangelia Homil. xxxix. *Opera* I. 1644. [SB:mcccxvi.]
- ⁵⁵ 'cognovéritis' *Chevallon*. [SB:mcccxvii.]
- ⁵⁶ 'prius' *Portif*. 1657 *cum Gregorio*. [SB:mcccxvii.]
- ⁵⁷ 'subáudi scílicet' *Leg*. 1518. [SB:mcccxvii.]
- ⁵⁸ In BL-52359:221r. 'cognovisses' is set Fe.F.FGf.E. In AS:336. 'cognóveris' is set F.FE.DC.C.
- ⁵⁹ 'plácita sunt', 1520:53v.
- ⁶⁰ 1520:53v.
- ⁶¹ 1520:53v.
- ⁶² *Bede* in *Luce* Evangelium cap. xviii. Lib. v. cap. 72. *Opera* v. 392. [SB:mcccxviii.]
- ⁶³ In 1520:54r. 'hómines' is set F.FB_b.B_b; 'ascendébant' appears for 'ascendérunt'. In BL-52359:221v. 'hic' is ste F. In PEN:152v. 'hic' is omitted, along with its neume.
- ⁶⁴ In 1520:54r. 'ad' is set CD.

- 65 1520:54r.
- 66 *Bede* Homilie Estival. de Tempore, *Opera* VII. 65. [SB:mccccxx.]
- 67 'ad predicandā . . . laudē' *Leg.* 1518. [SB:mccccxxi.]
- 68 'si intēta precāntium' *Port.* 1519. ('peccāntium' *Port.* 1530.) [SB:mccccxii.]
- 69 In BL-52359:222r. 'Exiens' is set CD.DD; 'fīnibus Tŷrii' is set A.G.FEFGFE D.D.
- 70 'adjcias', 1520:54r.
- 71 1520:54v.
- 72 1520:54v.
- 73 *Bede* in Luce Evangelium cap. x. Lib. III. cap. 43, 44. *Opera* v. 332. [SB:mccccxxii.]
- 74 1520:54v.
- 75 *Bede* in Luce Evangelium cap. xvii. Lib. v. cap. 69. *Opera* v. 385. [SB:mccccxxiv.]
- 76 'exprēssis' *Chevallon.* [SB:mccccxxvi.] 'reprēssis', Legend-1518:197r.
- 77 BL-52359:222v. has 'Cum' for 'Dum' and 'ei' for 'illi'; 'longe' is set FGF.F; 'vocem dicētes' is set D.DFDDC EF.G.FE.
- 78 1520:54v.
- 79 In 1520:55r. 'invēntus' is set C.C.CD. In BL-52359. 'alienígena' is set A.CB.AG.AB.AG.D.
- 80 1520:55r.
- 81 1520:55r.
- 82 *Bede* in Luce Evangelium cap. xvi. Lib. v. cap. 65. *Opera* v. 377. [SB:mccccxxvii.]
- 83 'dixit' *Leg.* 1518. [SB:mccccxxvii.]
- 84 *Bede* in Luce Evangelium cap. xii. Lib. IV. cap. 53. *Opera* v. 350. [SB:mccccxxvii.]
- 85 'quēsumus Dómine', 1520:55r.
- 86 1520:55r.
- 87 1520:55v.
- 88 1520:55v.
- 89 *Beda* in Luce Evangelium cap. vii. Lib. II. cap. 26. *Opera* v. 296. [SB:mccccxxix.]
- 90 'perhibetur' *Leg.* 1518. [SB:mccccxxix.]
- 91 In BL-52359:223r. 'et ecce' is set D F.F.
- 92 In 1520:55v. 'visitávit plebam' is set F.F.E.F G.FE.
- 93 1520:55v.
- 94 1520:55v.
- 95 *Bede* in Luce Evangelium cap. xiv. Lib. IV. cap. 59. *Opera* v. 363. [SB:mccccxxxi.]
- 96 'Idrópis' *Leg.* 1518. [SB:mccccxxxi.] 'Idrópis', 1520:55v.
- 97 'setire' *Leg.* 1518. [SB:mccccxxxi.]
- 98 'ómnia hec', *Vulgate.*
- 99 1520:55v, PEN:153v. and BL-52359:223v. indicate Tone I.v. The edition follows AS:339. and the Sarum Tonale here. In BL-52359:223v. and PEB:153v. 'vero' is set GFG.D.
- 100 1520:55v. omits "Dómine".
- 101 1520:55v.

- 102 1520:56r.
 103 1520:56r.
 104 'seducéis' *Chevallon*. [SB:mccccxxiii.]
 105 'aut non' *Leg.* 1518. [SB:mccccxxiv.]
 106 BL-52359:224r. has 'magnum mandátum', set B.C A.A.G.
 107 1520:56v.
 108 1520:56v.
 109 'navim', 1520:56v.
 110 Videndus est S. Petri Chrysologi Sermo 50. [SB:mccccxxv.]
 111 'éxteros' *Legend.* 1518. [SB:mccccxxv.]
 112 1520:56v.
 113 1520:56v.
 114 'Dicébat Jesus turbis', 1520:56v.
 115 *Gregorii* in Evangelia, Lib. II. Homil. xxxviii. §§ 2, 8. *Opera* I. 1634. [SB:mccccxxvii.]
 116 'tuam', 1520:56v.
 117 1520:57r.
 118 1520:57r.
 119 *Gregorii* in Evangelia Lib. II. Homil. xxviii. §§ 1, 2. *Opera* I. 1566. [SB:mccccxxix.]
 120 'non vénerat' *Leg.* 1518. [SB:mccccxl.]
 121 SB:mccccxl. has 'qui' with the note " 'que' *Chevallon. cum Leg.* 1518."
 122 'eos' *Gregorius*. [SB:mccccxl.]
 123 'preuidémus' *Leg.* 1518. [SB:mccccxl.]
 124 1520:57r.
 125 *Augustini* Sermo lxxxiii. §§ 2, 3. *Opera* v. 447. [SB:mccccxli.]
 126 'septuagesiessépties' *Chevallon*. [SB:mccccxlii.]
 127 'septuagesiesócties' *Chevallon*. [SB:mccccxlii.]
 128 In BL-52359:225r. 'habe' is st BCb.A.
 129 1520:57v.
 130 1520:57v.
 131 'Omelia beati Gregorii pape.', 1520:57v.
 132 Cetera inveniuntur in *Hieronymi* Commentario in Mattheum cap. xxu. *Opera* VI. 47. [SB:mccccxliii.]
 133 'víttrici' *Chevallon*. 'víttrici :' *Leg.* 1518. 'in locum succéssit ipsíus' *Hieron*. [SB:mccccxliv.]
 134 1520:57v.
 135 1520:57v.
 136 1520:58r.
 137 1520:58r. 1531:214v. has '*Sermo ex commentario beati Augustini episcopi.*' SB:mccccxlv. provides the following note: Invenitur in *Bede* Homil. Estival. de Tempore (Dominica xxiv.) *Op.* VII. 81.
 138 'Dóminum viderat :' *Portiforia*. [SB:mccccxlv.]

Notes.

¹³⁹ In BL-52359:226r. 'filia mea modo' is set BD.C.C BA.A A.C.

¹⁴⁰ 'ut' *Breviarium Romanum hodiernum*. 'et' *Brev. Roman.* A.D. 1508. [SB:mccccxlvii.]

¹⁴¹ AS:342. has 'sanáta est'.

¹⁴² 1520:58r.

¹⁴³ *Augustini in Joannis Evangelium Tract. xxiv. §§ 3, 4* *Opera* III. 1960, ed. Paris. 1837.

[SB:mccccxlvii.]

¹⁴⁴ In BL-52359:226r. 'et vidisset' appears to be set, CD DA.B.A.

¹⁴⁵ AS:342. indicates Tone I.v. ST:vij. indicates Tone I.vi.